Sicut autem. ¶ Dānosa possessio ecclesię, nec dari, nec recipi debet, pœna cōtrafaciētib⁹ imminēte. Item lex est generalis: & in omnib⁹ daᵣ licētia denūtiādi sine metu calūniæ: & ab omnib⁹ debet obseruari. & l. leonis. in omnib⁹ cōfirmaᵣ ꝓter, q̄ in casib⁹ huic. l. cōtrarijs. h. d. vsq; ad finē. ¶ †No. gl. in verbo, qd sinō. Ad idē
1 facit extra, de eo, q duxit in vxorē, quā pollu. ꝑ adul. c. ij. & de his, q̄ fiūt à pla. c. iij. Sed in cōtrariū videᵣ veritas: qa secūdū hoc introductū in fauorē ecclesiæ, retorq̄reᵣ in eius dānū. Cōtra le. nulla. ff. de leg. & l. ꝙ fauore. C. de leg. & istā tenet Iac. de bel. vt ecclesiæ vtilitates cōseruēᵗ. ar. l. cū hi. §. qd ergo, cū simi. ff. de trāſ. ¶ †No. gl. no. quē in ver. licentiā. not.
a casum, in quo qs pōt denuntiare, et crimē redarguere sine metu calū. de quo dic, vt plenè no. in. l. iiij. §. calūniator. ff. de his, qui no. infa.

Vt iudi. sine quoquo suffra. fiant. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 Prīces aliq̄d à subditis extorquēs illicitè, dicitᵣ iīuriā inferre, licet superiorē nō habeat.
2 Dignitates conferuntur à Principe, uel præfecto.
3 Auaritia omnium malorum mater.
4 Pecunia licitè datur pro literis continentibus dignitatem.
5 Pater, uel auus si aliquid dat pro dignitate mea, an debeam dimittere?

Omnes dignitates. ¶ Administrationes debēt gratis cōferri, nihilo suffragiorū nomine dato: aliâs omnia mala sequūtur: cū hoc ab auaritia procedat, q̄ omniū malorū est mater, antiquo iure penit⁹ subla-
1 to. h. d. vsq; ad. §. illud. ¶ †Et no. ex fi. prin. ibi, ex hac iniustitia & c. not. ex hoc tex. ꝙ si Princeps, vel Rex à subditis aliq̄d extorq̄ret illicitè: dicūtur iustitiā pati nō obst. ꝙ superiorē nō hūt. ¶ †Secūdò no. ꝙ dignita-
2 tes cōferūtᵣ à Prīcipe & à pręfecto: vt hic. & C. ad. l. Iu. repe. l. fi. ¶ No. tex. ibi: & impium, & fiscus & c. pro eo, ꝙ habuistis. no. C. de hęr. & fal.
3 in prin. ¶ †Tertiò no. tex. ꝙ auaritia est omniū malorū materᵃ. Ad idē
a de pœ. di. ij. c. qa radix. & hūc tex. expone: vt no. gl. in. c. nā concupiscen-
4 tiā. in pe. gl. extrà de cōsti. vbi alle. hūc text. ¶ †Quartò no. ꝙ pro literis cōtinētibus dignitatē, potest licitè dari pecunia. Ad idē in tit. proxi. per totū. de san. epi. §. pro cōsuetudinibus. Quod intellige, vt habes in tex. & gl. j. q. ij. c. sicut episcopū, etiā ꝙ tāgit gl. extrà de simo. cū in ecclesia. in
5 gl. videtur ꝙ talis. †¶ Quæro. pone, ꝙ si aliquis dat quid pro dignitate
b mea, me ignorāte: puta pater, vel au⁹: an debeo eam dimittereᵇ? gl. i. l. fi. C. ad. l. Iul. repe. videᵣ velle, ꝙ sic: sed ego incido in. l. Iul. de ambi. sed gl. dicit, ꝙ nō. in. l. j. §. j. ff. ad leg. Iul. de ābi. ꝙ examinaᵣ plenè ꝑ doc. C. ad le. Iul. de ambi. l. j. ¶ Quid si in spiritualibus? tangit gl. j. de san. epi. §. pręomnibus. & ibi dicam.

SVMMARIVM.

1 Imperator potest unire duas prouincias simul: et idem salarium debetur.
2 Papa potest duos episcopatus unire.
Vnio qualiter fiat?
3 Prouincia una potest in duas diuidi.
Episcopatus unus potest in duos diuidi.
4 Plures si eligantur ad unum officium, in quo unus solus præesse solebat: an illi utentur illis priuilegijs, quibus ille solus utebatur?

Illud autem. ¶ Duab⁹ prouincijs & sub vno Comite, et vno districtu cōstitutis: idē salariū debetur pro vna quod olim ꝑstabatur pro vtraq;, cum piculo publicarū functionū: vno tamē nomine Comitis nūcupādo. h. d. vsq; ad. §. volum⁹. omisso. §. nulli quoq; iudici. Et sic patet: ꝙ de duabus fit vna: & vnus est Comes, & sub vno nomine. Et secūdū hoc ostēditur ꝙ gl. q̄ incipit quātū ad nomē, in eo, quod dicit, & vna tātū de duabus. & c. nō procedit: vt. j. manifestè ap-
1 parebit. †l bi, sed de cætero: & ibi, hoc aūt vt dictū est suprà prox. No. ꝙ Imperator potest vnire duas prouincias simul: & ꝙ idē salariū debeᵣ vni Præsidēti, duabus prouincijs existētib⁹ vicinis. quod debebaᵣ duobus Præsidētibus prouincijs existētibus diuersis. Ad idē. xvj. q. j. c. et tē-
2 poris qualitas. ¶ †Et sic Papa potest duos Episcopatus vnire. extra de excess. ꝑ. et. c. sicut vnire. Et quot modis fiat ista vnio: dic vt plenè not. in
3 d. c. et tēporis qualitas. & ibi gl. alle. hūc tex. & ecōuerso. †Vna prouincia pōt diuidi in duas. C. de of. assess. l. sicut. & quod no. gloss. C. de Metropol. Berito. l. j. li. xj. vbi alle. istū. §. ad hoc. Et dic, ꝙ ecōuersò vn⁹ episcopat⁹ pōt diuidi in duos. xvj. q. j. c. quod autē. c. decimas. §. præcipim⁹.
4 §. sicut duo. ¶ †Quæro, si vni officio cui cōsueuit præesse vnus, plures eligantur: nunquid illi vtentur illis priuilegijs, quibus ille sol⁹ vtebatur dic in. l. binos. C. de aduo. diuer. iudi.

Nulli quoque. ¶ Regulariter nulli licet seruatores, seu loci vicarios mittere, pœna cōtrafaciētib⁹ hic inserta. h. d. No. gl. j. vicarios. ibi. §. eos. sed certè ibi. nō ponitur solutio. Et ideo solue: vt no. in. l. contraria.

SVMMARIVM.

1 Præses an habeat iurisdictionem in militibus?
2 Milites, licet dicantur nō habere dignitatem, tamen non dicuntur priuatæ personæ.

Volumus autem. ¶ Iudices prouicias regētes hūt iurisdictionē in priuatos in pecuniarijs, et criminalib⁹ causis, & in milites. & in fiscalib⁹ causis criminalib⁹, & in officijs & iudices de curia Prīcipis emanātes: & subditi habēt potestatē de eis ad
1 prīcipē referēdū. h. d. vsq; ad. §. sic igiᵣ. ¶ †Op. & videᵣ ꝙ ꝑses nō habet iurisdictionē in militib⁹: vt. l. magister. C. de iur. om. iud. Sol. vt ibi no. gl. vi-
2 de ꝙ no. in. §. si verò. vt de man. prin. ¶ †Vltimò no. in prin. hui⁹. §. ꝙ milites nō dicūᵣ esse priuatæ personæ: vt hic, licet milites non dicāᵣ habere di-
c gnitatēᶜ vt videbitis no. C. de eq̄stri digni. l. j. lib. xij. & ꝓbaᵣ in. l. fi. q mili. nō poss. eo. lib. & ibi dicā.

SVMMARIVM.

1 Officiales possunt se ad nutum superioris emēdare, si delinquunt, et quando liceat pœnitere? nume. 3.
2 Paria sunt, superiorē accipere ab electo, uel nō punire suū officialem, cum acceperit.
4 Videns aliquem delinquere, si non prohibeat, cum prohibere posit, an teneatur?
5 Magni & nobiles mitius puniuntur, quā parui, & ignobiles.
6 Verbū infinitum significat tempus præteritum & futurum.

Sic igitur. ¶ Administratores debēt ꝓstare iusiurādū secūdū formā hui⁹. l. & maximè iudices, & eorū officiales si deliquærit, pœna hic īserta punieᵣ. h. d. vsq; ad. §. cos aūt. ¶ In tex. ibi. discretè. i. separatè. Ibi, nō emen-
1 dātes. Innuit† ꝙ officiales possint se emēdare ad nutum sui sup̄ioris: ꝙ si su⁹ seperior nō procurat, punitur: vt hic. & secūdū hoc habet locū gl. ordi. hic posita q̄ incipit. sed q̄uo. Vel dic, nō emēdātes puniūᵣ. q. d. si sup̄ior nō punit officialē, qui aliq̄d extorserit ab electo, cū hoc enim supiori fuerit denūtiatū, puniᵣ ob hoc superior: & secūdū hoc non habet locū. d. glo. Et secūdū hoc habes hic, ista esse
2 paria: †ipsum superiorē accipere ab electo: vel nō punire officialem suum, cū acceperit, si hoc sit ei de-
3 nūtiatū. ¶ †No. gl. sed q̄uo. ꝙ tex. nō videᵣ hoc ꝓbare, ꝙ officiali delinquenti sit licitū pœnitere. & ideo expone secūdū Frā. ac. vt. s. dixi: sed secūdū hoc non ob. cōtrariū: sed de hoc no. per gl. et. Dy. in. l. quę ea mēte. hic alle. & per Dy. C. de epis. & cle. l. si quis nō dicam, & sic secūdū hūc text. ex
4 positū: vt. s. hic casus est† ꝙ administrator, qui nō corrigit officiales puniᵣ. & hoc ideo: qa ex officio corrigere debet. ¶ An aūt aliâs, si vna persona vidēs vnū in aliū delinq̄re, nō prohibeat, cū prohibere possit teneaᵣ. vide vt no. in. l. culpa caret. ff. de reg. iur. & ij. q. vij. c. negligere. ff. de dolo. l. et eleganter. §. si quadruples. & per Dy. in. c. non est sine culpa. de reg. iu. li. vj. per Cy. in. l. vt vim. ff. de iust. & iu. & per gl. extra de sēt. exc. c. quātæ præsump. ¶ Quæro, de intellectu horum verborū non in paruis pœnam fieri. gl. exponit duobus
5 modis: Secūdum primā expositionē no. † ꝙ ma-
d gni & nobiles mitius puniuntur ᵈ, q̄ parui & ignobiles. de quo dic vt tāgit Cy. in. l. nemo clericus. C. de sum. trini. gl. x. co. de pa. iur. fir. c. j. §. fi. super verbo cētū. & extra de iureiu. c. cum quidā & xxviij. q. j. c. q cōtra pacē. et. xlj. di. c. nō cogāᵣ.
6 ¶ †Vltimò vide gl. j. prohibuisse. & ibi vtrunq; tempus. Not. ex hac gl. ꝙ verbum infinitum significat tēpus pręteritū, & futurum: vt hic, & alibi no. gl. ꝙ respicit omne tempus. ita no. in. l. stipulatio. de verborum obl.

SVMMARIVM.

1 Maius est delictū, quod fit in aliū quam quod in se.
Scholaris à bono doctore præsentatus bonus præsumitur.
Legati à bono domino missi boni præsumuntur.
Legalitas testium, & instrumentorum à persona producentis pendere præsumitur.

Eos autem. ¶ Administratores prouīciarū, & eorū assessores, q circa eas sunt, dnt iustitiā administrare in oīb⁹ publicis, & priuatis causis: & deuotos patrię benè
1 tractare, & īdeuotos pūire. h. d. ¶ †In tex. ibi, sumētes. i. sumere dnt. no. ver. iōq; licebit ibi hoc: qa
2 maius est delinquere in alium, quam in se ¶ †Secundò no. in versi. idcoque. hic arguitur. pro

a ¶ Mater. Adde ꝙ ipsa ē, q̄ fecit meū tuū. cōtra ius naturale, ꝙ ioīa coīa fecerat. viij. dis. c. difert. xl. distin. sicut. xij. quæstio. j. dilectissimis. & c. duo. Itē ipsa in terrenis facit fortes ī cœlestib⁹ debiles xlvij. di. oēs huius seculi. Itē ipsa ex cœcat rationē, & gratius facit videre aurū, q̄ solē. d. c. sicut. xxxvij. distin. nōne. Itē ipsa facit idolatrare et fornicari. xxviij. q. j. idolatriā. & ī. l. j. q. cū oīs auaritia. Itē facit adulari regibus, vt capiāt alienas hæreditates. d. c. nōne. ipsa furtū, rapinā, vsurā, fraudē, falsitatē iniustitiā, simoniā acceptionem personarū, proditionē, turpe lucrum, immisericordiā, et inqetudinem parit: & ꝙ sit radix malorū adde. xlvij. di. bonorum. & xxiij. di. his igiᵣ Et est idolorū seruit⁹. c. auaritiæ. de ꝑbē. Itē excœcat mētē. de elect. quorūdā. li. vj. & maiorē reuerētiā exibet auro, quā Deo. xlvij. distin. sicut.

b ¶ An debeo eā dimittere, Adde ꝙ no. Ant. cor. sing. suis, in ver. simonia. inci. amicus meus expendit.

c ¶ Habere dignitatē. Adde quod no. in apostil. ad istum post eū. & Alex. in. l. j. nu. j. ī versi. sit dignitas. C. de dignita. lib. xij.

d ¶ Puniuntur. sed quęro qd si nobilᵣ. accusat plebęiū de hom. & sit cōdenā d⁹ pœna talionis, an mitigabitur in eo pœna? dic ꝙ nō vt ꝑ do. Fe. in. c. ij. de colla. ī vlti. col. in fin.

ſcholari,q eſt pñtat⁹ à bono doctore,vt bon⁹ pſu
maẽ.¶ Item eſt ar.pro legatis & ambaſiatoribus,
q mittũtur à bono,& iuſto dño,ꝙ boni præſumũ
tur vt hic.&.ff.de of.pręfc.pto.l.j.in fi.&vij.q.j.c
oẽs qui.xxxvij.di.c.q de mẽſa.pro hoc.C.de ſum.
tri.epiſtola inter claras.Itẽ eſt ar.pro teſtib⁹,& in
ſtrumẽtis productis ex pſona fidedigna,ꝙ boni
præſumaẽ:& eorũ dicta,& inſtrumẽta vera ſint.fa
cit.l.j.de defen.ciui.circa prin.cum ſimi.

SVMMARIVM.

1 *Punitur quis ubi delinquit.*
2 *Maior magiſtratus, in quibus caſibus dicatur in officio delinquere,ita quod officio durante poſsit puniri.*

Si quis autem. ¶ Adminiſtratores ciuitatis ĩ officio,vel
occaſione eius delinquẽtes,etiã officio durante,
pœna à lege ſtatuta ſunt puniẽdi,licẽtia data pro
uincialib⁹ eorũ delicta epiſcopo & Archiepiſco-
po denũciandi:vt p eos relatione Principi facta
in locis.vbi deliquerũt puniaẽ:ad hoc,vt ipſorũ
pœna ſit alijs in exẽplũ.h.d.vſq; ad.§.neceſsitatẽ.
1 ¶ †Not.ꝙ ibi qs eſt puniẽd⁹,vbi deliquit:vt hic.
2 &.j.vt nulli iudi.§.ſi verò quis.¶ †Secũdò no.ca
ſum,in qbus maior magiſtrat⁹ diciẽ in officio de
linquere:ita ꝙ durãte officio põt puniri:vt hic.
& illud idẽ habes in auẽ.vt diffe.iudi.§.ſi tñ conti
gerit.quos tex.coniunge cum.l. iubemus. C. ad
leg.Iul.repe.

SVMMARIVM.

1 *Sindicatus cauſa dũ agiẽ,ſummariè ſine libello proceditur.*
2 *Creditor licitè capit debitorẽ fugientẽ,ut ad iudicem ducat.*
3 *Debitor ſuſpectus poteſt capi ad inſtantiam creditoris,ſi ſuſpicio ſuperuenit poſt debitum contractũ: & de ea ſit facta fides iudici: q. fieri põt etiam parte non citata.*
4 *Debitor ſuſpect⁹ põt capi,etiã die feriata in honorẽ Dei.*
5 *Dilapidationis prælati,uel adminiſtratoris dum cauſa agitur non eſt neceſſaria ſcriptura.*
6 *Sententia in cauſa criminali debet in ſcriptis ferri.*

Neceſsitatem. ¶ Adminiſtrator in officio prouincię of
ficio finito debet ibi.l.dieb⁹ morari,oĩb⁹ redditu
rus rationẽ:& ſi ante fugerit,ab oĩb⁹ capi poteſt
Epiſcopo cauſas ex nõ ſcripto examinãdi neceſ-
1 ſitate ĩminẽte.h.d.¶ †In tex.ibi velut aliquid.&
ſicut ſi eẽt quoddã mãcipiũ viliſsimũ.no.in ver.
pñte.ꝙ in cã ſyndicat⁹ ſummariè procediẽ ſine li-
2 bello:vt hoc tex.cum gl.ſine libello.¶ †Secundò
no.ex hoc tex.cũ gl.ſup verbo detinere,ꝙ credi-
a tori licitũ eſt capere debitorẽ fugientẽ[a] quod te-
ne mẽti:qa lex ait ptor.§.ſi debitorem.de his,q̃ in
frau.cre.dicit.ꝙ licitum eſt creditori auferre de-
bitori fugiẽti res quas ſecũ portat.& ita intelligit
gl.ĩ.l.extat.ff.quod me.cã.¶ An aũt liceat credi-
tori capere debitorẽ p perſonam?ille.§.non dicit
ſed idem,quod hic inſtit.de acti.in prin.quod in-
tellige,ꝙ liceat creditori capere nõ vt eũ detine-
at:ſed vt ad iudicẽ eũ deducat:vt no.gl.in.x. col.
de pa.iur.fir.c.j.§.j.Facit quod habeẽ.C.de dec.l.
generali.& facit ẽt quod no.in quadã ſo.p.gl.in.l.
3 interdũ.§.q.furẽ.ff.de fur.¶ †Quæro, circa hoc
pone:ꝙ creditor vadit ad rectorẽ ciuitatis,& dicit
habeo debitorẽ meũ fugitiuũ:detis mihi familiã.
Dy.dicit in.d.§.ſi debitorẽ.aut creditor iuſtè ti-
met:quia videt indicia:& tũc debet ſibi dari fami
lia.ſed ſi non iuſtè timet,nõ debet ſibi dari fami-
lia.ar.l.hoc aũt.ĩ prin.ff.ſi cui pluſq̃ p.l.fal.l.ij.in
prin.ff.ſol.ma.&.l.ſi fideiuſſor.in fi.ff.q ſatiſ.co.
Quod intellige eẽ verũ, ſi debitori poſt debitũ cõ
tractũ ſuſpicionis noua cauſa interuenerit:ſec⁹ ſi
cõtracto debito illa cã non ſuperuenerit:vt.l. qui
bona.§.de illo.ff.de dam.infe.&.ff.vt in poſſeſ.
leg.l.ſi is à quo.in fi.de priui.cre.l.ſi creditores.&
l.fi.ff.de ſpon.Facit optimè.l.j.§.ſi cui verſ.ſi ve-
ro poſt.ff.de va.& extraor.cog.Et de iſta cã pote
rit fieri iudici fides ẽt pte abſente.quia cũ capere
aliquã pſonã ſit citatio realis,iudex pt cognoſce-
re.¶ An aliqs ſit citãd⁹ et poſsit omiſſa citatione
procedere pte abſente?dic,vt.ff.de arbi.l.ſed ĩter
4 pellatus.§.j.&.l.diem proferre.in prin.e.ti. † Et
poterit talis captura fieri non ſolùm die feriata

a ¶ Fugiẽtem. Adde Feli.in ca.j.de iudi.ĩ.vj.ver.v.cõcluſione.circa prĩ.ver.& in fin.col.et do.Alex. de Imo. in.l.ij.vbi eſt gl.ff. de fer.& Ange.in l.extat.ꝙ me.cauſ.& p Pau.de ca.in conſil.xxxviij.& in conſi.xxxviij. Et adde, quod ideò eleganter cõſuluit Pe.de Anc. in conſi.lxxxviij. inc.in auxiliũ veritatis,ꝙ contra capturã factã de ſuſpecto de fuga,nõ põt opponi de incõpetentia iudicis ꝙ tene menti. Tu adde ampliando: vt dixi in apoſ.ad Lãfrãc.de oria.ĩ.c. qm̃ cõtra falſam. §.recuſationes. & ibi ampliaui ĩ apoſtil.in ver.qa forẽ. nu.xj.vt procedat in clerici debitore extra de ꝓbatio.

b ¶ Dei. Adde Petrũ de anc.in conſi.cxxvij.inci.vn⁹ procurator.& Fe. in ca. ſignificauerunt.de iud. et ꝙ ibi dixi in apoſt.

ob neceſsitatẽ hominũ, qua die omnis actus executiuus fieri põt:& ſñĩa
executioni mãdari:de quo eſt caſus in.c.ſignificauerũt de iudi. ſecũdum
doc.ſed talis captura hominis fugitiui debitoris poterit fieri etiam die
b feriata,ĩ honorẽ Dei,[b] nõ vt iudex cognoſcat de cauſa:ſed vt cogat debi-
5 torẽ ad cauẽdũ de iudicio ſiſti:vt eſt gl.no.in.l.dies feſtos.C.de fe.¶ †Vl
timò hũc tex.inducit Ia.de bel.ꝙ in cã dilapidationis plati vel admini-
ſtratoris nõ ſit neceſſaria ſcriptura.ſed de hoc alle.gl.ord.in.c.ſtatutis.ij
6 q.j.†Quæro.an in cã criminali ſit neceſſe ferre ſentẽtiam in ſcriptis?tex.
et gl.in.d.c.ſtatutis.dicit ꝙ ſic,& aliter facta nõ valet,& facit mẽtionẽ de
l.fi.C.de ſen.ex peri.reci.gl.ibi dicit,ꝙ illa lex loqtur in cã ciuili.& di-
cit verũ:tñ gl.ibi tenet,ꝙ in cauſa criminali ſit de neceſsitate, ꝙ feratur
ſentẽtia in ſcriptis,ſicut in ciuili:niſi in cauſa dilapidationis.& per hoc
alleg.hũc tex.ita no.ibi in gl.vlti.ꝙ tene mẽti.¶ Not.gl.in fi.no.ibi. ſi
tibi.eſt & alius caſus,extra de teſti.c.Alberic⁹.& ibi no.circa quod vide
gl.de iureiu.&.c.fi.li.vj & de iudi.c.j.de ver.ſig.c.ſæpe.in cle.¶ Vltimò
no.gl.vel pter.inquãtũ dicit ꝙ hoc põt ꝓbari p ſacramẽtũ:ꝙ tene mẽti.

SVMMARIVM.

1 *Facere quod quis debet id quod euitare non poteſt.*
2 *Procurator cõſtitutus,ad ſolutionẽ recipiendã nõ poteſt terminum prorogare.*

Illud. ¶ Subditi iudicibus nullã debent iniuriã inferre,ſed fauorẽ:
niſi in eorũ delinquerent officio,pœna mortis imminente:&
iudices omnib⁹ debẽt iuſtitiã ſeruare:& ſuperior ĩferiorib⁹ nõ debet in-
iuſtitiã inferre:& ſubditi publica tributa cũ omni deuotione,& ſine oĩ
diminutione lętãter inferre:& dignas laudes dño noſtro ſaluatori de hac
l.offerre,q̃ eis patrias habitare tutè dabit,& proprias facultates retinere
1 firmiſsimè.h.d.vſq; ad.§.quod aũt.†No.tex.ibi.in.§.oportet,ꝙ quis de
bet facere,quod nõ põt euitare.¶ Itẽ no.in ver.cã.prout intelligiẽ cãm
finalẽ ſoluẽdi tributa:ꝙ iudex,qui debet à prouincialib⁹ pĩcipis tribu
ta pcipere,nõ põt dilationẽ cõcedere:nec terminum ſoluẽdi prorogare.
2 ¶ †Quod facit ad id quod dixim⁹,quod procurator cõſtitut⁹ ad ſolu-
tionẽ recipiẽdã,nõ põt terminũ prorogare:vt eſt caſus no.in.l.q Romæ.
§.callimach⁹.ff.de verb.ob.¶ Tene ergo mẽti iſtũ tex.ꝙ cautio, ſiue ſo
lutio tributorũ,& collectarũ nõ reqrit dilationem:& ſic iſta cauſa erit
ſummaria.

SVMMARIVM.

1 *Iudices,quã iuriſdictio. habeãt aduerſ⁹ priuilegiatos: & de qb⁹ priuilegiatis ĩtelligaẽ.*
2 *Clerici etiã pro crimine hic excepto,utuntur ſuo priuilegio Idem & ſcholares.*
3 *Crimen qualiter accipiatur?remiſsiuè.*

Quod autem. ¶ Iudices oẽm iuriſdictionẽ habẽt aduerſus
oẽs,omni priuilegio ceſſante,pœna contra
faciẽti imminẽte.h.d.vſq; ad.§.interdicim⁹.¶ Op.diciẽ hic,ꝙ oẽ priui-
legiũ ceſſat.Cõtra ĩ prooemio.ff.§.fi.C.de epiſ.& cle.l.oẽs.&.l.cũ clericis
& de iur.om.iud.l.magiſtrat⁹.Hui⁹ timore gl.ponit duas opi.vna ẽ Bu-
trig.alia Azo.vt in gl.& opi.Azo.tenet gl.j.vt oẽs obe.iud.proui.§.ſi
qs igiẽ.co.vj.&.C.vbi de cri.agi opor.auẽ.qua in ꝓuĩ.ff.de iud.l.hæres
abſens.in prin.&.l.ij.§.oẽs.e.tit.Sed cõtra iſtam opi.videẽ tex.expſſus
hic:vbi diciẽ,ꝙ miles priuilegio nõ vtiẽ:& tñ milites hñt priuilegiũ in-
1 ſertũ in corpe iuris:vt.d.l.magiſterię.Quare†oĩb⁹ omiſ.videẽ,ꝙ aut loq
mur in criminib⁹ ſpãlib⁹,hic ſpãliter exceptis:& tũc ceſſat oẽ priuilegi
um:ſiue ſit in corpore iuris,ſiue nõ:vt hoc.§.vt patet ibi.dũ dicit,vt nul-
la ſit &c.ibi nec priuilegio vti q̃libet.&c.ibi.quia crimẽ mili.&c.Quos
milites cõſtat habere priuilegiũ in corpe iur.inſertũ:vt.ſ.dixi.Et ſic pa
tet,ꝙ hic loqẽ de priuilegio ĩ corpe iur.clauſo:& ꝙ loquaẽ in caſib⁹ hic
expſsis probaẽ hic:dũ dicit penit⁹ pdictis caſib⁹ &c.Et iſto caſu loqtur
opi.Bu.Aut loqmur in alijs criminib⁹ hic nõ exceptis:vel in cauſis pe-
cuniarijs:& tũc habet locũ opi.Azo.vt ceſſent priuilegia in corpe iuris
inſerta:ſed priuilegia inſerta in corpe iuris nõ tollũẽ.& ita loquũẽ glo.ſ.
alle.Et iſtã opi.Azo.tene mẽti:qa dicit ſtatutũ,ꝙ quilibet vadat ĩ exer
citum,vel qd ſimile faciat oĩ priuilegio ceſſante,vel nõ ceſſante aliquo
priuilegio:debet ĩtelligi de priuilegijs in corpe iuris nõ ĩſertis.Secus,ſi
qs haberet priuilegiũ ĩ corpe iuris ĩſertũ:& ĩcluſũ.Et circa hãc materiã
2 vide no.p.doc.ĩ auẽ.qua ĩ ꝓuĩcia.ĩ.ij.q.¶ †Quęro:dixi ꝙ ĩ crimĩe hic
excepto ceſſat oẽ priuile.ĩ corpe iur.ĩcluſum.nũqd clerici vtẽẽ priuile.
ſi ẽ ĩcluſum ĩ corpe iur.puto ſic.ẽt ꝓ quocũq; delic.p cõſtõnẽ Fed.x.co.
de ſta.cõtra lib.ecc.§.ſtatuim⁹.l.j.& p auẽ.ſtatuim⁹ de epi.et cle.ſumpto
ex illo.§.& p.c.ſignifica.p.c.ſi diligẽ.extra de foro cõpe.& idẽ videẽ ho
3 die ĩ ſcholarib⁹ p auẽ.habita.C.ne fil.pro patre.¶ †Et no.gl.ſed nõne.q̃
incipit:accipiẽ em̃ ſtrictè verbũ crimẽ:vt gl.dicit ꝓ maiorib⁹ criminib⁹
& ad differentiã ſeditionis et violẽtię qualiter.aũt accipiaẽ crimẽ,no.glo.
in.l.j.C.ſi aduer.delictum,&.xxv.diſt.c.vnum.

SVMMARIVM.

1 *Lex noua imponens pœnam ſuper delicto,non comprehendit delictum præteritum:ſed debet punire lege ueteri.*

Interdicimus. ¶ Nemini licet loci ſeruatores,vel ſimiles ĩ
prouinciã debere,pœna cõtra faciẽtib⁹ ĩmi-
nẽte:& iudex iuſiurãdũ,& cautionẽ debet pſtare.Et hęc.l.debet publi-
1 cè diuulgari.h.d.vſq; ad finẽ.premittẽs aliãs primates.¶ †No.gl.in ver.
maiori.ibi hic aũt.ꝙ pœnę ĩpoſitę ſuper delictis,per legẽ nouã non extẽ
dunẽ ad delictum præteritũ pri⁹ cõmiſſum,ſed ſua legẽ veniunt punien
da.circa ꝙ vide no.p doct.in.l.leges.C.de legi.& no.gl.ſ.e.ibi:ſed nũqd.

Quantam.

Quantam. ¶ Quid intẽdit, hęc cõstitutio dicit̃ ĩ prima gl. & circa hãc cõstitutionẽ vide tex. & gl. j. q. ij. c. sicut episcopũ. & ꝑ tãgit gl. in. c. in eccle. extra de simo. in gl. videt̃ quòd talis.

SVMMARIVM.

1 *Medium quod sit tenendum in largitionibus, & expensis.*
2 *Iudices ordinarij, quod hodie licitè nõ recipiunt esculẽtũ & poculentũ, sed delegati sic.*
3 *Presbyter pauper, quod posit aliquid accipere pro celebratione missæ.*
4 *Positum in porta ecclesiæ, dicitur publicum.*

Scriptum. ¶ Iudices, & ciuitatis defensores pro administratione, nil dare dñt: nec accipere à subditis ex administratione: nisi in defectũ sui salarij: iureiurãdo ab eis pręstãdo, pœna cõtra facientibus imminente. h. d. vsq; ad fi. ¶ Adiectionib⁹. i. cũ istis additionib⁹ p̃dictum, iusiurã. cui⁹ forma ĩ ti. prox. & studiũ. l. debet esse. Eos enim volumus puniri exercitu. scilicet exercitio. Parte. scilicet prose. grauissimis: vt. j. in fi. subiectis. scilicet prohibem⁹ q̃tũ, subaudi, tantum accipiat à subiectis q̃tũ &c. dictum scri. subau. est nec custodire. s. quæ dicunt̃. s̃. in tit. vt. iu. sine quo. suf. illis benefacientib⁹ ab eo, scilicet Deo, si verò vsq; nũc dixit de iudicib⁹: nũc incipit dicere de defen. ciui. ma
1 iorũ ciuitatũ, in qb⁹ eligũt̃ defensores. ¶ † No. tex. in ver. qa si ibi, & quãtũ eis ad mediocrẽ, &c. ꝑ ĩ largitatib⁹ & expẽ. mediũ ẽ tenendũ: qa ꝑ mediũ optimè visũ est: vt. j. de cõsue. §. j. col. iiij. & est hic arg. secũdũ Iac. de
2 bel. cõtra legatos, q in hoc immẽsissimè mediũ nõ tenẽt ¶ † Secundò no. tex. ibi: aut si nõ est aliud &c. ꝑ per hãc cõstitutionem sunt correctę. ll. plebiscito. ff. de offi. p̃si. & l. solent. §. fi. ff. de of. proc. & le. q permittũt ĩ distinctè accipere esculentũ & poculẽtũ: quia hoc est verũ, nisi in defectum sui salarij. & tũc mediocriter, & à spõte dãtibus: vt hic dicit̃. Et ita sentit gl. in. d. l. plebiscito. & in ti. j. circa fi. prin. Circa quod vide, quod no. ꝑ docto. in aut̃. principales. C. de iur. cal. prædicta videntur intelligi in iudice ordinario: sed iudex delegatus potest indistinctè accipe esculentũ & poculentũ: vt extra de rescri. c. statutũ. §. insuper. li. vj. ¶ † Itẽ
3 no. arg. ꝑ si presbyter sit pauper, potest aliquid accipere pro celebratione missæ, de qua quęstione vide per gl. extrà de prębẽ. c. significatum
4 &. j. q. j. c. iudices in qt. ¶ † Vltimò not. tex ibi: cũq; lex. & ibi in porticib⁹
a ꝑ illud, quod ponitur in porta ecclesiæ, dicit̃ esse publicũ [a] & sic nõ est licita ignorantia de eo, quod ĩ portis ecclesiæ ponitur. habuistis alium tex. s̃. de reb. ecc. nõ alie. §. pe. versi. illorum autem.

Iusiurandum quod præstatur ab his, qui administrationem accipiunt. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum quid sit: & quæ fuerit causa ipsum constituendi? remissiuè.*
2 *Potestates terrarum tenentur expellere hæreticos, ubi sunt.*
3 *Masculinum, quod concipiat fœmininum: & remissiuè.*
4 *Iuramento possibile. inesse intelligitur.*
5 *Potestates terrarum debent malos assessores expellere.*
6 *Mens deferentis iuramentum consideratur, ubi iurans uellet malignari.*
7 *Iurans, quibus casibus non teneatur tangere librum.*
8 *Iudæus non potest esse Iudex.*

IVro ego. ¶ Hæc cõstitutio substãtiã sacramẽti docet, & iurisiurãdi formã demõstrat, & pœnã ostendit. h. d. vsq; ad fin. ¶ † Quęro, quid
1 sit Instrumentũ, & q̃ fuerit cã cõstituendi iuramẽtum? dic, vt. xx. q. j. c. ĩ summa. & de pœna piurij dic eadem cã. & q. c. vlti. & extrà. c. & si Christus. & c. petitio. & xxxj. q. v. c. paruuli. & quot modis punit̃ periuriũ. dic vt no. xxij. q. ij. ĩ summa. ¶ Hoc pręmisso not. hic. Primò substãtiam, & formã iuramẽti.
2 † Secũdò no. tex, & gl. dũ dicit & committat. ꝑ potestates terrarum debent hęreticos expellere de locis, in quibus sunt. ¶ † Tertiò no. ꝑ app.
3 domini, cõtinetur domina: & sic masculinũ habet cõcipere fœmininũ [b].
b de quo per gl. Dy. & Iac de Are. ff. de ver. sig. l. j. ꝑ Cy. in. l. quocũq;. C. de ser. fug. & tãgitur in. l. si quis in tantam. C. vnde vj. Spe. in tit. de disp. & alle. §. post hoc. ver. vel ibi masculinũ. & per gl. Io. an in. c. vt circa. de
4 elec. li. vj. ¶ † Quartò no. ꝑ in iuramẽto cõtinetur possibile: vt hic. & xxij. q. v. c. de forma. Simili. extrà de iureiu. c. breui. & c. quemadmodum. facit. l. fi. ff. qui satis. cog. C. de non nu. pecu. l. fi. & l. adigere. §. fi. ff. de iu
5 repa. ¶ † Vltimò no. ꝑ potestas terrarũ debet malos assessores expelle
6 re. ¶ † No. gl. ibi quacunq; arte. de quo dic, vt in. c. veniens. extra de iureiuran. et plenè not. de hoc. xxj. q. v. §. quæritur de eo. ¶ Ibi secũdum
7 legem. Idẽ not. tex. in. x. colũ. de pa. iur. fir. §. iudices. ¶ † Not. glo. No. ꝑ tangere. ibi. §. nulli. & C. de epis. & cle. aut̃. sed iudex. xj. q. iij. ca. Imperator. et extra de iur. calum. c. fin. Alius autẽ testis iurat corporaliter tactis scripturis. Nota. in Spec. de testibus. §. sequitur. ver. & not. & C. de test. l. iusiur. ¶ Item fallit in. l. de creationibus. C. de epis. aud. ¶ Not. gl. excep. circa hãc glo. vide, quod habes in tex. & glo. extrà de cõsti. c. j.
8 & quod ibi not. Inn. & vide. iij. q. vij. iudicet. ¶ † Vltimò per hunc tex. in prin. dicit gl. ꝑ Iudęus excluditur à potestate huiusmodi administrationis, et est tex. expressus in. l. fi. C. de Iudę.

Vt ecclesia Romana gaudeat centum annorum præscriptione. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Hæc constitutio, quod sit specialis quo ad ecclesiã Romanã: & ecclesias eidem subiectas generalis.*
2 *Hæc cõstitutio, an corrigat̃ per cõstitutionẽ. j. hæc constitutio innouat, ubi, q. corrigitur quantum ad alias ecclesias non quo ad Romanam. nu. 3.*
4 *Præscriptio. q. hodiè nõ sit sublata per ius canonicũ, nisi in malefidei possessoribus.*
Bona uel mala fides, quãdo curatur in præscriptionibus?
5 *Iure canõico ĩ materia præscriptionũ, an uti possimus in foro ciuili? remissiuè.*
6 *Bona fides de iure ciuili, an requirat̃ in præscriptionib⁹ rerũ ecclesiasticarũ, licet sint longissimi tẽporis? remissiuè.*
7 *Præscriptio. xxx. uel. xl. ãnorũ, quòd de iure. ff. nõ reperiat̃.*
8 *Priuilegium cõcessum Romæ ueteri. quòd illud etiã habeat Roma noua.*
9 *Priuilegium exemptionis, si conceditur alicui ecclesiæ, transit ad omnes alias suas ecclesias.*
10 *Abbas in ecclesia sibi data per patronũ, quòd habeat idẽ ius, ac si ipsam fũdasset. & quale habebat in oĩb⁹ suis eccl.*
11 *Priuilegiũ concessum Abbati, uel monasterio, an transeat ad ecclesias, uel possessiones postea quæsitas?*
12 *Tẽpus cẽtum annorum regulariter est finis uitæ hominis: & sic tantum præsumit̃ homo uiuere.*

ET legum. ¶ Eccl̃. Romana cũ ecclesijs sibi subiectis cẽtum annorũ gau
c det præscriptione [c] in cõtractib⁹ causis, reb⁹, & omnib⁹ actis, pœna hanc legẽ nõ seruantibus im
1 minente. h. d, vsq; ad fi. secũdũ Iac de bel. ¶ † No. secũdum. Ia. ꝑ hæc constitutio secũdũ qd est specialis: & habet locũ solũmõ in ecclesia romana & ecclesijs subiectis. & est generalis secũdũ quid, qa habet locũ in omnibus cõtractibus, reb⁹, & actis: vt in ver. cũ enim. ¶ Sed cõtra: illa cõstitutio quę est. j. hæc cõstitutio innouat. col. viij. secũdũ quid est generalis: quia generaliter pertinet ad omnes ecclesias, secũdum quid est specialis. s. ad cõtract⁹ res, causas, & act⁹: quia vt. j. dicã innouat secundũ veritatem in. l. vt inter diuinũ. C. de sa. san. ecc. qa habet locũ ĩ quatuor casib⁹ spãlib⁹. s. in vẽditiõe, donatione, & legato. Quod declarabo super glo,
2 sed hodiè. ¶ † No. gl. sed hodie. ibi per Azo. Alij dicunt, ꝑ hæc cõstitutio est generalis, & habet locum in quibuscũq; ecclesijs: & prout est generalis ita generaliter in omnibus corrigitur per cõstitutionẽ. j. hæc cõstitutio, quæ est specialis et specialiter facit mẽtionẽ de hac cõstitutione ibi, & ĩ rub. & secũdum istos illa aut̃. posita. C. de sac. san. eccl. aut̃. quas actio. in fi. ibi. sola romana &c. Est falsa, & illa opi. approbatur in. d. aut̃. quas act. & ibi istam opi. tenent doc. ¶ Ibi, contra. nam de iure cano. est & alia opi. quę sequitur in gl. quam glo. dicit iure can. probari, ꝑ. c. cum nobis. extrà de rescri. vult dicere ꝑ. c. cũ nobis. extrà de præscrip. Alij dicũt, ꝑ hæc constitutio loquitur tantum de ecclesia romana, & alijs sibi subiectis. & ille titut⁹ hæc constitutio corrigit tãtum. l. fi. C. de sac. san. ecc. quæ dicebat in quatuor casibus tantum non concurrere cõtra ecclesiam romanã præscriptionem, nisi centum annorum. Hæc autẽ constitutio non corrigitur per illum, imò ĩ sua firmitate permanet. & hæc opi. approbatur per glo. j̃. hæc cõstitutio. & c. in prin. Et hanc opi. probat hic Iac. de bel. et Azo ĩ summa huius tit. ponit opi. et nõ firmat: quia inter gl. & Mod. doc. sunt opi. ¶ Primò est ius Codicis, secundum quod contra ecclesiam est introducta præscriptio centum ãnorum ĩ quatuor casibus tantum: vt. l. fi. C. de sac. san. ec. ¶ Secundum ius introductum per hanc constitutionẽ, secundum quam præscriptio centum annorum est introducta, generaliter contra ecclesiã romanã, ad quãlibet etiã ecclesiã, & in omni casu: vt patet hic in prin. ibi, vt ex hoc in totas catholicas ecclesias, quæ vsque ad oceanum. &c. j. in ver. habeat itaque &c. Et sic. patet ꝑ hæc constitutio est gñalis in omni ecclesia. & hãc opi. videt̃ tenere
3 gl. j. de ĩcest. nup. ĩ gl. hoc gñale. ¶ † Tertiũ ius est

a ¶ Dicitur esse publicum, Et hoc facit, vt citatus per affixũ portis templi, vel in loco publico posit, vt verè cõtumax puniri. & cõtra eũ sñĩa ferri, cum sit regulariter secus.

b ¶ Fœmininũ. Adde Feli. cum infinitis remis. vltra nõnullas alias ibi per me in apostil. all. in. c. de monialibus. de sen. excõ. post princ. ver. sed an masculinũ. Adde, ꝑ nota. in apo. ad istũ in. l. j. §. sed & si certũ. ĩ verb. masculinum. ff. de ven. in pos. mit.

c ¶ Pręscriptione. Adde Feli. in. c. ad audientiã. col. pe. ver. vlti. facias regulã. de pręscrip, cum seq.

introductũ per illam cõstitutionẽ. hæc cõstitutio &c. per quã ius per hanc cõstitutionẽ ĩtroductũ generaliter in omni ecclesia corrigiť: & remanet hæc cõstitutio ĩcorrecta solũ in ecclesia romana. In alijs autẽ ecclesijs hæc cõstitutio per illam corrigitur. Et sic opi. posita per In. ĩ auť. quas acti. in fi. est vera. nõ falsa: licet glo. ibi & doc. teneant cõtrariũ. & hoc esset verũ, ꝙ etiam de iure remaneat hodiè priuilegiata ecclesia Romana ĩ pręscriptione & solũ ipsa Romana ecclesia: & nõ alia ex pręscrip. dicit tex. iur. cau. extra de præscrip. c. cum nobis. & xvj. q. iij. c. nemo. vbi expresse dicit tex. ꝙ cõtra ecclesiã romanã currit præscrip. centum annorũ tantum, non solum per iura cano. sed etiã per ius ciui. Ad idem extra de fo. compe. c. si diligenti. in fi. & xvj. q. iij. c. placuit. ver. quas acti. & hanc opi. tenet Dy. in. c. ij. de reg. iur. li. vj. et vide
4 pro hoc etiã tex. in. c. ij. de pscript. lib. vj. † ¶ Sed aduerte ad id, quod gl. dicit, ꝙ per decreta. Inno. omnis tollitur præscri. vt in. c. vigilãti, & c. quoniam omne. extra de præscrip. quia intellige illud esse verũ in malæfidei possessoribus rem alienam scientibus, & possidentibus: secus in bonæfidei: vt in dictis. c. & c. si dilengenti. eo. ti. & hoc secundum ius canonicũ, sed de iure ciuili in istis longioribus præscrip. bonafides, vel mala nõ curať: vt. l. j. & l. sicut. & l. oẽs. & l. cũ notisimi. C. de pscript. xxx. vel. xl. annorũ. & l. si quis emp. eod.
5 titu. ¶ † An autẽ ista iura ciuilia sint hodiè correcta per ista capitula: & an possimus eis vti in foro seculari? dic, vt not. gl. in. d. c. quoniã omne. & c. ij
6 de reg. iur. li. vj. & p gl. Io. an. ¶ † An autẽ de iure ciuili in præscri. rerũ ecclesiasticorũ, licet sint lõgissimi tẽporis, reqratur bonafides & titulus. vide. c. sine poss. de reg. iur. lib. vj. c. si diligẽti. & c. fi.
7 extrà de præscrip. ¶ † Not. glo. sic ibi: nã & c. tenet ista gl. quòd de iure. ff. nõ reperitur pręscrip. xxx. vel. xl. anno. l. j. ff. quib. ex cau. ma. l. Iul. sed cõtrariũ no. ff. de mino. l. deniq;. §. minore. ff. de diuer. & tẽp. præscri. l. in vsucapione. Sed prima verior est, & probatur per tex. insti. de perpe. & tẽpo. act. in prin. & ibi. no. de quo tex. meminit gl. in. d. l. Iul. ¶ Not. glo. fi. xl. an. ibi. habet quatuor:
8 vt. l. fi. C. de cẽsi. lib. xj. ¶ † Not. gl. Romana. in fi. Istud intelligitur verũ quatũ ad hoc: qa istud priuilegiũ ẽ cõcessum Romę veteri, vt ĩ pri. diciť sed istud priuilegiũ habet Roma noua, ex quadã cõsequẽtia: vt patet ĩ pri. dũ dicit, vt ex hoc ĩ totas catholicas & c. & maxi. secũdũ opi. quã. s. tenui ĩ gl. j. auxiliũ. ꝙ dic, vt habes in tex. & gl. ĩ. l. fi. in fi. C. de edic. diui Adri. tollen. & xvj. q. iij. c. placuit.
9 ¶ † Et ex hoc tex. in prin. ibi: vt ex hoc & c. Arguit gl. ꝙ si dať priuilegiũ exẽptionis alicui ecclesiæ, intelligitur illa ecclesia esse exempta, cũ omnibus
10 suis eccle. ita not. gl. xvj. q. iij. c. felix episcopus. † Item est in ar. iste tex. secũdum Ia. de bel. ꝙ Abbas in ecclesia, quam patronus sibi cõtulit, habet idẽ ius, ac si ipse fundasset: & quale habebat ĩ cæteris suis ecclesijs. quam quęstionẽ gl. format gl. in l. Polla. C. de his, quib. vt indig. de hoc idem in. c.
11 j. de iur. pat. lib. vj. ¶ † An aũt priuilegiũ concessum alicui Abbati, vel monasterio, trahať ad ecclesias, & possessiones posteà qsitas? no. extra de priui. c. cũ capella. & disputauit & bene. in. q. quę ĩcipit Abbas qdã. & facit tex. extrà de cẽsi. c. j. in
12 clemẽ. ¶ Et ibi fraus esse dignosciť. † Not. ꝙ tps cẽtũ annorũ diciť esse regulariter finis vitæ hoĩs: et sic regulariter pſumiť homo viuere cẽtum an-
a nos[a]. de quo no. gl. in. l. ij. §. si dubiteť. ff. quem admo. test. aperi. & gl. tenet p. l. vlt. C. de sacrosã. ecl.

a ¶ Centũ an. Adde tex. in. l. an vsus fruct⁹. in fi. de vsu fru. et. c. fi. lxxxiij. dist. & Card. ĩ cle. j. de reb⁹ eccle. nõ alie. & Phi. lib. vj. c. xlviij.

b ¶ Filius. Adde gl. in. c. venerabilem. de elect. ĩ ver. progenitores. & gl. in l. ꝙ si nolit. §. qui mancipia. in ver. infamare. de ędil. edic. vbi etiã vide Ange.

c ¶ Tenere. Adde Fely. in. c. ius generale. j. dist. in. v. col. in med. versic. ꝙuis pœna. & ꝙ ibi dixi in apost.

d ¶ Debet facere decentia naturæ. & suæ conditioni. Quod facit ad dictum Bal. in. §. filij nati. ĩ titu. si de feu. fue. cõtrouer. dũ dicit, ꝙ Imperator legitimans spurios stantibus legitimis & naturalibus, est vnum pec⁹.

e ¶ Patrem. Adde Pau. de ca. ĩ. l. j. §. ius naturale. ff. de iusti. & iure.

De referendarijs. *Rubri.*

SVMMARIVM.

1 *Imperator non conuenit auferre, quod concessit.*
2 *Impetrare est cum effectu obtinere: non sic petere.*
3 *Filius ex bono patre bonus præsumitur.*
4 *Referendarij, qui sint.*

CVm aliis. ¶ Numerus referendariorũ in octonario numero debet terminari his, qui vltra hũc numerũ tpe huius cõstitutionis sunt cõstituti, in suo statu permanẽtib⁹, pœna cõtra facientibus imminẽte
1 h. d. ¶ † No. tex. ibi: vt qui sunt & c. ꝙ Imperatori non cõuenit auferre cõcess. vt hic: & illęsa debẽt esse priuilegia: & bene cõserua-
2 ri: vt. j. consti. ꝙ de di. §. illud. ¶ † Secundò not. tex. ibi neque impetrabit petita. Ex quo not. ꝙ aliud est petere: & aliud impetrare. Est enim impetrare idem, quod obtinere, seu cũ effectu habere: vt hic. Idem in. l. j. in prin. vt lit. pen. ¶ Ibi, nil enim petentibus. & glo. dicit. id est cõcede
3 retur. Ad idẽ. j. de mã. prin. §. sit tibi. dum dicit, quod iustũ est non impe
b trasse ¶ † Vltimò not. ꝙ ex bono patre bonus pręsumiť fili⁹[b]. ¶ Quę
4 ro qd vult dicere tex. ibi multitudo. & c. gl. dicit, & vide p tex. ¶ † Not. glos. ij. ibi sunt autẽ. & c. Tu. dic secũdum Iac. de bel. ꝙ non erant aduocati simpliciter: sed erant quidam constituti sub certo numero, qui petit crimina, licet & cum honestate coram principe proponebant: vt patet in. §. primum quidẽ. & §. hæc autem. ¶ Et not. glo. sed in quo, & vide quod not. s. quomodo oportet epos. §. non aliter.

De incestis nuptijs. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Pœna debet suos authores tenere.*
2 *Homo, qui non facit decentia naturæ: non reputatur homo, sed bestia.*
3 *Ignobiles acrius puniuntur, quàm nobiles.*
4 *Pœna fustigationis, quòd sit maior pœna relegationis: & est de mero imperio.*
5 *Filius, tenetur alere patrem exbannitum.*
6 *Hæc constitutio, quod loquatur de quibuscunque nuptijs illicitis.*
7 *Verbum mox, appositum in dispositione, quòd importet ipso iure: & quando intelligatur: nu. 8.*
Pœna de qua in. l. si quis maior. C. de trãsac. quod intelligitur imposita ipso iure.
9 *Bona, an publicẽť ipso iure in crimine læsæ maiestatis, et hæresis? & nu. 11. & nu. 13.*
10 *Dispositio pœnalis loquens per uerba futuri temporis, an intelligatur ipso iure: ibi remisiuè.*
12 *Bona committentium incestas nuptias, an transeant in fiscum: & dominium eorum per datur ipso iure: & ad fiscum trãseant?*
Possesio bonorum committentium incestas nuptias, an transferatur ipso iure, & sine facto hominis in fiscum?
13 *Fiscus, quòd non posit incõtinẽti bona cõmittẽtium incestas nuptias apprehendere.*
14 *Pœna relegationis, nõ imponitur, nisi contra eum, qui dolo delinquit.*
15 *Differentia num sit inter masculum & fœminã quo ad commissionem: uel euitatione pœnarum incestarum nuptiarum?*
16 *Tex. de quo hic, & eius pœna loqť in relegatione, & non deportatione.*
Filij commitentium incestas nuptias efficiuntur sui iuris.
17 *Errans in iure, an dicatur esse in dolo?*
18 *Castè uiuere dicitur ille, qui est in matrimonio.*
19 *Filij nati ex incestis nuptijs, an sint legitimi etiã quo ad successionem?*
20 *Statutum si dicit, ꝙ masculus cõmittens tale delictum sic puniať.*
Et fœmina etiam eadem pœna: quòd intelligatur, si talis pœna fœminæ etiam cõueniat.

PRo incestis. ¶ Primò ponitur pœna cõtrahẽtium illicitas nuptias. ¶ Secũdò ponitur, quo tpe hæc lex locũ habeat. ¶ Tertiò ponitur de legitimatione liberorũ. Secũda in. §. & hoc quidem. Tertia ibi: in. §. dubitatũ. Masculi viri, & mulieres illicitas nupt. contrahentes pœna hic statuta, sunt puniendi. & eorum substãtia liberis, si extant, aliàs fisco applicatur. h. d. ¶ † No. ex prin. ꝙ pœna suos
1 liberis, si extant, aliàs fisco applicatur. h. d. ¶ † No. ex prin. ꝙ pœna suos
c authores debet tenere.[c] Ad idem. l. sancimus. C. de pœnis. ¶ † Secundò
2 no. ꝙ homo debet facere decentia naturæ[d]: aliàs nõ reputatur homo, sed
d bestia. Ad idem. s. de mona. in prin. xxvij. quæstio. j. c. si homo. ¶ † Ter
3 tiò not. text. ibi: ꝙ magis sunt puniendi ignobiles, ꝙ̃ nobiles: vt in ver.
4 sitq; ei pœna. de quo dixi. s. vt iud. sine quoquo suf. §. sic igitur. ¶ † Sed ex hoc tex. no. ibi: & si vilis & c. ꝙ maior est pœna fustigationis, ꝙ̃ relegationis, vt hic. Et idem habes in. l. si. ff. de iniur. Ex quibus tex⁹. arguit, ꝙ fustigatio sit de mero imperio: vt not. p glo. insti. qui. mo. ius pa. pot. sol. §. relegat. & facit quod not. in. l. nulli. C. de sen. per Gul. de cug. in. l. imperiũ. ff. de iuris. om. iud. Ad quod facit, quod not. Spe. in titu. de iuris. om. iudi. §. j. versi. quid de relegatione: ergo multò magis erit de mero imperio fustigatio: cũ pœna fustigationis sit maior, ꝙ̃ pœna relegationis: vt. s. dictũ est. Et dictam quęstionẽ, an fustigatio sit de merò imperio: ponit Gul. in. d. l. imperiũ. & eã etiam tangit Spe. in. d. ver. quid de relegatione. Illud quod dico de fustigatione, intelligo de fustigatione magna, nõ de parua: qa est iurisdictionis. quod patet: quia cõpetit & de
5 fensoribus ciuitatis: vt est tex. in. §. audient. j. de defen. ciui. ¶ † Vlterius not. tex. in ver. si verò contigerit. ibi, paciscendi aũt. & c. ꝙ filius tenetur
e alere patrem[e]. casus est hic. & C. de incest. nupt. auť. incestas nuptias. facit. l. mutus. §. manere. ff. de iure dotiũ. ¶ Not. gl. ꝙ contingit. ibi. l. scripto. in fi. sed certè imo expresse erat prohibitum talibus filijs relinqui:
6 vt in. l. si quis incest. C. de incest. nupt. tertiò respondeo. † ¶ No. gl. hoc generale: ibi, dũ dicit plus & c. not. propriè dico, ꝙ dixi in dicta constitutione.

tutione:vt eccleſia Romana.Et ibi caſus talis.Sed Iaco.de bel.tenet opi.
Cy.cui etiã vidẽtur inhęrere doct.in auť.inceſtas nuptias.C.eo.¶ Ibi,q
dicit.Prima opi.eſt vera:& eã tenẽt doc.in auť.inceſtas.& pro opi.gl.
& doc.eſt text.expreſſus,qui dicit ſic eſſe de iure ciuili.tex.eſt in.c.cũ
7 ſecũdũ leges de hæret.lib.vj.¶ †Not.gloſſ.ex hoc notabili.quòd vbi in
legis diſpoſitione exprimiť verbũ mox.intelligiť,ꝙ pœna ponať ipſo
a iure[a]:text.eſt cũ glo.vt.j.vt de feud.§.ſancim⁹.ver.oẽs:vt not.ĩ.l.j.§.ſi
petitor.ff.depoſi.Ex tex.iſto apparet,quòd pœna q̃ apponiť in.l.ſi qs
maior.C.de trãſac.imponiť ipſo iure:cum ibi ſit verbũ mox.¶ In ver.
8 itaq;oĩa &c.Dy.in.l.Impe.ff.de iur.fiſ.circa hoc dicit ſic.¶ †Quãdoq;
delinquitur circa rem.contra legis prohibitionẽ:et tunc ipſo iure do-
minium perdiť,& fiſco applicatur:vt.l.cõmiſſa.ff.de publi.&.d.l.Im-
perator.&.l.j.§.an bona.eod.ti.Quandoq; non delinquitur circa,ſed
extra rem:vt committendo homicidiũ,vel aliud crimẽ:& tunc dicit ip
ſe,ꝙ eſt neceſſaria ſententia ſuper crimine,vt bona publicenť:vt.l.poſt
contractũ.ff.de dona.l.ex iudiciorum.ff.de accuſa.ff.de iure fiſc.l.aufer
9 tur.§.in reatu.†¶ Fallit in crimine lęſę maieſtatis,& hęreſis:vt.l.peñ.in
fi.C.ad.l.Iul.maie.l.donationes.in fi.ff.de dona.&.d.l.ex iudiciorum
Sed aduerte:quia illud quod dicit Dy.ꝙ quando nõ delinquitur circa
rem,ſed aliter,ꝙ eſt neceſſaria ſentẽtia,eſt verũ in dubio:ſed ſi in legis
diſpoſitione exprimereť verbũ mox,vel ſtatim,vel ſimile,ĩtelligitur
10 ipſo iure:vt hic not.gl.ſ.alleg.¶ †Itẽ primũ,& ſecũdũ dictũ Dy.limi-
ta ſecũdũ regulã traditã per glo.quia aut lex vtiť verbo præſentis tẽpo
ris,aut futuri &c.vt not.in.l.iubemus.C.de ſacro.ſan.eccl.C.de iuriſd.
om.iudi.l.fi.C.ne lit.po.l.j.& quod not.in.l.ij.§.quod ſi actor.C.de iur.
11 calũ.C.vnde vi.l.ſi qs in tantã.et.ſ.de nõ alie.§.ſed neq;.¶ †Itẽ aduerte,
ꝙ illud quod dicit Dy.ꝙ in crimine læſæ maieſtatis,& hæreſis:publicã
tur bona ipſo iure:nõ videť verũ:quia non perditur dominiũ ipſo iure
ſed ius adminiſtrandi:vt probatur in dictis.ll.allegatis,per Dy.in.l.quę
ſitum.ff.qui et à quibus.quæ.l.allega.ad hoc per Iaco.de Are.vt refert
Cynus .in.l.fi.C.ad leg.iul.ma.ſed de iure cano.eſt expeditũ:qa crimi
ne hæreſis perdiť dominiũ ipſo iure:vt probatur in.d.c.cũ ſecũdũ leges.
12 ¶ †Nota glo.ſed nũquid.in fi.not.glo.quia videť,quòd velit dicere ꝙ
expectaret ſententiã:& fruct⁹ medij tẽporis non eſſent fiſci:ſed ipſo iu
re ꝑdiť dominiũ.Quod tene mẽti ꝓpter hoc,et aliũ effectũ:vt not.doc.
in.d.auť.inceſtas,ſed licet hic perdať dñiũ:& in fiſcũ trãſferať:tamẽ non
videtur,ꝙ transferatur in fiſcum poſſeſsio ipſo iure.ꝙ not.in ſimilitudi
nem.l.cum duob⁹.§.idẽ reſpõdit.ff pro ſoc.C.de ſacroſan.eccle.l.fi.&
quod not.in.l.ſicut.§.fi.ff.quod cuiuſq; vni.Solũ em̃ reperio,ꝙ trãſſe-
ratur poſſeſsio ipſo iure,& ſine hominis facto:vt no.in.l.raptores.§.ſi
aũt.C.de epiſ.& cle.niſi hoc fieret iure vniuerſalis acq̃ſitionis:vt not.in
13 l.ſi adoptauero.ff.de preca.¶ †Quęro:nunquid fiſc⁹ poterit incõtinẽ-
ti talia bona apprehẽdere?ſed gl.hęc,dum dicit,ſed ad q̃d proderit.vi-
deť velle,ꝙ demũ lata ſententia bona auferanť.Pro hac gl.videť text.in
d.c.cum ſecundũ leges.vbi apparet,ꝙ in crimine hęreſis publicãtur bo
na ipſo iure,& eo ipſo iure ꝑdiť dominiũ:tamẽ bonorũ apprehenſio nõ
14 fit niſi lata ſentẽtia ſuꝑ crimine:vt ibi dicit tex.¶ †Not.gl.ex hoc ibi,
imponiť.No.ꝙ pœna relegationis nõ imponiť,niſi contra eũ.qui dolo
15 delinquit:& ſic ſcit factũ & ius.† Et ibi quocũq; iure,ignorantia.not.ex
hac gl.differẽtiã inter maſculũ & mulierẽ.Vide.ſ.ꝙ mulier excuſať.&c.
& idẽ videtur ſentire glo.in.l.q cõtra.C.eo.ſed cõtrariũ no.in.l.ſi adul-
teriũ cũ inceſtu.§.fratres.ff.de adul.Et ideo pro huius glo.declaratione
dic,vt plenè no.per doc.in.l.qui cõtra præalleg.vbi ipſi hãc glo.& aliã
16 examinãt.¶ †Quæro.dicitur hic in gl.j.relegatio.loq̃tur ergo hic de re
legatione.Sed cõtra hãc glo.fortiter facit:qa tex.iſte dicit,ꝙ filij legiti-
mi efficiuntur ſui iur.vt.j.eo.ver.ſi verò contigerit.&.§.ſi aũt vxorẽ.ꝙ
nõ cõtĩgit ꝑ relegationẽ,ſed ꝑ deportationẽ:vt inſti.q̃b.mo.ius pa.pot.
ſol.§.cum autẽ &.§.relegati.¶ Itẽ iſti perdũt bona:vt hic.in ver.ſit eis
pœna,quod non cõtingit in relegato,ſed in deportato:vt.l.deportato
rũ.C.de pœnis.Sed ſuſtinendo glo.poſſumus dicere,ꝙ filij efficiũť ſui
iur.& bona cõfiſcanť q̃a.l.h.d.& vide gl.ĩ auť.ĩceſtas.C.eo.& quod loq̃ť
ĩ relegatiõe,videť ſentire glo.vt.j.vt nulli iud.§.fi.ĩ tertia opp.¶ Ex eo,
quod dicit.ꝙ hic loquitur in eo,qui retinet ciuitatem.& idẽ not.in auť.
bona dãnatorum.C.de bo.proſcri.vbi doctores pedes non firmant.
17 ¶ No.tex.hoc ius.†¶ Sed aduerte ad id,quod dicit,ſcilicet quòd errãs
in iure excuſať à dolo:nec dicitur eſſe in dolo.cum qua concor.quod
not.in.l.j.in fi.ff.de ambi.C.ad.le.fauiam de plagi.l.ſi plagij,probatur
18 in.l.igitur.ff.de lib.cau.¶ Not.glo.j.relegatio.ibi.l.iiij.¶ †Not.ex hac
glo.ꝙ ille,qui eſt in matrimonio dicitur caſtè viuere.Quod facit pro
19 eo,quod dixi in.§.cum igitur.ſ.de non eli.ſecundo nub.¶ † Quæro,
an filij nati ex iſtis inceſtis,vel ſimilibus nup.ſint legitimi?glo.in di.l.
qui contrà.dicit aut ambo ſcientes:aut ambo ignorantes,aut vnus ſciens
alter ignorans:Primo caſu,vtriq; parenti ſunt illegitimi.Secundo caſu
vtrique parenti ſunt legitimi. Tertio caſu,parenti ignoranti ſunt le-
gitimi:parenti verò ſcienti ſunt illegitimi.Sed contra iſtud tertium mẽ
brum oppo.de.c.ij.extrà,qui fil.ſint legi.Dicunt doc.in.d.l.qui contra
quòd dicta glo.eſt vera de iure ciuili:ſed de iure cano.ſi alter coniugum
eſt ignorans,alter ſit ſciens,filius eſt legitimus vtrique parẽti:quod tan
tum ſeruetur in ordinibus:ſed ius ciuile ſeruatur in ſucceſsione.Ita di-
cunt ibi doc.per dictum.c.ij.ſed certè illud.c.hoc non bene probat:qa
ille tex.ſignificat,quod ambo fuerunt ignorãtes.
Et ideo alle.melius,quàm de iure cano.quando
vnus eſt ſciens,alter ignorans,ꝙ filius vtriq; parẽ
ti ſit legitimus:vt probatur in.c.ex tenore.extrà
qui filij ſint legi.& ibi no.in.c.fi.§.j.de.clan.de-
ſponſa..ſuper verbo parentes.¶ Item,aduerte
id,quod dicũt doc.quòd quãtum ad ſucceſsionẽ
ſeruetur ius ciuile.Sed.c.ex tenore.dicit expræſ-
ſè ꝙ talis habeť,vt legitimus quoad ſucceſsionẽ
& ſic non videtur bene dicere.Not.etiã per glo.
xxxiij.q.v.c.cum in captiuitate.Poſſemus fortè
dicere.ꝙ q̃tum ad ſucceſsionẽ ſeruetur ius noſtrũ
in foro ſcolari,in terris ſubiectis imperio,vt habe
mus in ſimili.in.c.j.extra de no.ope.nũ.et quod
no.in ſimili.in.c.ij.de arbi.lib.vj.& in.c.ij.de reg.
iur.eo.lib.Sed tamen,vt probat dictum capi.ex
tenore,de iure ciuili tamen habetur,vt legitimus
20 quo ad ſucceſsionẽ.¶ †Vltimò not.glo.quæ inci
pit excepta pœna.Ex qua glo.cum text.not.ꝙ
ſi dicit ſtatu.ꝙ maſculus tale dictum committens
puniatur tali pœna:& eadem pena puniatur fœ
mina,debet intelligi dummodo illa pœna mulie
ri congruat.et.idem vbicunque diceretur:& talis
puniatur eadem pœna.facit.C.de ſer.fugit.l.qui-
cunque.

a ¶ Ipſo iure.Adde Ange.in.l.j.C.de pœ.iu.qui ma.iu.& in.l.ſi quis poſt hac.C.de bo.proſcript.& in.l.ſi qs.C.depo.& hic.& j.vt ſine ꝓhi.ma.cre.§.ꝑtereà igiť.ADDE ꝙ no.in apo.ad iſtũ.ĩ auť.ad hæc.nu.2.verſic.hoc autẽ eſt verum.in apoſtil.in eo.verſic.C.de vſur.

b ¶ Exbannitum.Adde Bart.etiam in trac.alimentorum.ver.quæro.ĩ quo loco.& ſeq.et Ang.hic licet Bal.cõtra ĩ.c.j.iiij.col.de pace te.in vſi.feu.Et limita verum,niſi ſit banniť⁹ ob pacẽ ruptã.Bal.ĩ.d.ca.§.ſi qs hominẽ.& Lud.ĩ.l.j.iiij.colũ.ff.de in ius vocã.Item adde Bal.in auť.bona.C.de bo.dam.& Are.in trac.maleſi.verſi.publicamus.Item adde.d.Alex.de Imo.in.l.ij.ff.de in ius voc.& Ange.j.vt nulli iud.§.vt aũt.Adde omnino Firmanũ in ſuo aureo repertorio,in verſi.filius banniti.

SVMMARIVM.

1 *Filius tenetur alere patrem exbannitum.*
2 *Filius tenetur alere matrem exbannitam.*

Et hoc quidem.¶ Pœna huius.l.
obtinet ĩ nuptijs
futuris,etiã non in præteritis,ante hanc.l.diſſo-
lu.nec etiam poſteà intra bienniũ,ſed in nuptijs
vltra biennium durantibus pœna locũ habet per
omnia,ac ſi nup.illicitæ poſt fuerint cõtractæ.h.
dicit.Sequens ibi.i.futurum.hoc eſt vt illa lex,et
eius pœna habeat locum in caſibus futuris filijs
1 ſcilicet inceſtuoſis.¶ †No.in ver.ſinautem vxo-
b rem.ꝙ filius tenetur alere patrem exbãnitũ[b] con
cor.ſ.eo.ver.ſi verò contigerit.¶ Quæro de intel
lectu ver.ſi verò.hæc glo.ſuper ver.ad filios.& ſu
per ver.cõcedimus.Ponit ſecundã lect.tene pri-
mã,quę magis applaudit literę videlicet,ꝙ loqua
tur de filijs natis ex inceſtis nuptijs.Et primò lo-
quitur,quãdo ſunt ſolũ inceſtuoſi,ſine filijs natis
ex legitimis nuptijs.Secũdò in ver.ſi verò.lo-
quitur,quãdo nõ ſunt inceſtuoſi,ſed ſunt cũ filijs
natis ex legitimo matrimonio.¶ Secundò quęro
de ĩtellectu ver.ſi verò.hęc gl.ponit duplicẽ ĩtel
2 lectũ,& vterq; eſt verus.¶ Quęro.hic diciť†ꝙ fi-
lij teneną alere patrẽ exbannitum:an ſimiliter te-
neantur alere matrem exbannitam?doc.tenent,
ꝙ ſic:quia eſt eadem ratio de quo ꝑ doct.in auť.
inceſtas.in.v.q.C.de ĩceſt.nup.Not.glo.ex quo
& ibi.§.ſi autẽ.Qualiter hoc procedat?dic vt di
cam.j.vt factę nouę conſti.in prin.Bart.

SVMMARIVM.

1 *Filij naturales legitimari poſſunt exiſtente etiam ſobole legitima.*
Intellige per matrimonium.nu.4.
2 *Filij legitimati ſuccedũt alijs filijs legitimis:legitimi legitimatis:ĩtellige de legitimatis per matrimonium.nu.5.*
3 *Legitimatus per matrimoniũ,q; habeat omnia remedia contra teſtamentum,quæ habeat legitimus & naturalis.*

Dubitatum.¶ Naturales liberi le
gitimi efficiuntur in
ter patrem & matrem nuptijs,& nuptialibus do
cumẽtis interuenientib⁹,etiam extantibus filijs
legitimis ex primo matrimonio:et etiam liberis
poſt dotalia inſtrumenta natis,& mortuis.h.d.vſ
1 que ad fi.¶ †Not primò.ꝙ filij naturales pñt le-
gitimari exiſtente etiam patris legitima ſobole.
2 ¶ Secũdò not.†ꝙ filij legitimati ſuccedũt alijs fi
lijs legitimis:et econuerſo:vt hic.aliter vtriſque
ſuccedunt.Poſſet tamẽ dici,ꝙ hic referať ad pa-
trẽ ſuccedẽtę talib⁹ filijs legitimatis:& ecõuerſò.

Tamẽ illud ꝙ dixi est verũ. Nam legitimati per
matrimonium habent omnes successiones, quas
habent illi, q ab initio sunt legitimi, & naturales:
vt probatur. j. qui .mo. na. effi. sui. §. tribus. ver.
3 reliqui. col. vij. ¶ † Tertiò not. tex. ibi venient. ꝙ
legitimatus per matrimonium habet contra testa
mentum oẽ remedium, quod datur filio ab initio
legitimo & naturali: vt hoc tex. ver. quid ei. & ad
hoc alle. hũc tex. & gl. j. qui. mo. na. effi. le. §. illud.
4 co. vj. ¶ † Op. ad primũ no. videtur ꝙ filij nãles
nõ possũt legitimari supstitib⁹ pri filijs legitimis,
& naturalibus: vt. j. q. mo. na. effi. sui. §. gñaliter. So.
hic loquiẽ i legitimatione p matrimonium: ibi p
legitimationẽ per rescri. prĩ. Quo casu nõ possũt
legitimari existẽtibus ligitimis filijs. ad quod in-
5 sti. de nupt. §. fi. C. de na. lib. l. cõium. §. fi. ¶ † Ad
secundum not. op. & videtur, ꝙ filij naturales
legitimati nõ succedũt fratribus suis. nec alicui
agnato, nec cognato: sed soli patri: vt. j. qui. mo.
nat. effi. sui. §. filiũ. col. vij. & C. de nat. lib. l. cõiũ.
in prin. quod not. glo. in. l. iij. eo. ti. Solut. ibi lo-
quitur de legitimatiõe per oblã. curiæ facta filio
naturali per patrẽ: hic verò loquitur de legitima
tione per matrimoniũ sequẽs. quo casu succedit
agnatis, & cognatis patris: vt hic. s. dixi & hanc
materiam dicã plenè in. d. §. tribus.

Collatio tertia.

De lenonibus. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Pietas magna est meretrices ad matrimonium et castitatẽ deducere.*

2 *Castitas sola repræsentat animas Deo.*

3 *Furtum & latrocinium committere dicitur, qui contra castitatem committit.*

4 *Potestas, q uigore statuti habet arbitrium inquirendi contra fures, & latrones, quòd poterit inquirere, si uirgo fuerit clam deflo rata.*

a ¶ Deducere. Adde quod est opus misericordię ducere meretricem in vxorẽ: & ei remittũtur oĩa pctã. c. i ter opera. de spõ. nec est culpandus qui eã ducit vxorẽ: vt fecit Oseas ꝓpheta. xxxij. q̃stio. j. nõ est culpãdus.

b ¶ C. cãm. Et ibi. vide Feli. ante fin. ver. gl. fi. & quod ibi dixi in apostil.

c ¶ Præscribi. Adde Fel. in. c. cũ nõ liceat. col. pe. ante me. de pscript.

EX antiquis. ¶ Lenones, qui iu
uẽculas decipiũt, & ad vitã mise-
rã ducũt vltimò supplicio sunt
puniẽdi: pœna li. x. auri: & dom⁹
publicatione domino domus im
minẽte: nulla cõtra hãc l. valitura cautione, vel fi
1 deiussione. h. d. vsq; ad fi. ¶ † No. primò, ꝙ magna
pietas ẽ meretrices ad matrimoniũ, & castitatẽ de-
a ducere[a]. ¶ † Secũdo no. in. §. sancim⁹, ꝙ sola casti
2 tas repræsentat Deo animas. facit. §. cum igiẽ. s.
de nõ alie. ver. optimũ in. §. quanta. s. qũo oppor
b tet epis. extra de proba. c. cãm[b]. ad fi. xxxij. dist.
c. seriatim. & c. hospitiolũ. & c. seq. cũ simi. & not.
3 in. j. c. extrã de voto & vot. redemp. ¶ † Tertiò no.
in. l. pręconizam⁹ ibi casti fuerint &c. Ex quo ha
bes, ꝙ cõmittit furtũ, & latrociniũ qui contra ca-
stitatẽ cõmittit. & est etiã arg. secũdũ Iac. de bel.
4 ꝙ † si potestati est concessum arbitriũ cõtra fures,
& latrones inquirẽdi an si virgo fuerit clã, vel pu
blicè deflorata: ꝙ potestas habebit arbitrium in
istis. facit optimè. c. ĩnotuit. circa fi. prin. extra de
elect.

De defensoribus ciuitatum. *Rubri.*

SVMMARIVM.

1 *Scripturæ adhibetur fides ex qualitate, & fide personæ scribentis.*

2 *Testes, uel instrumenta, si adinuicem sibi contradicunt, & à diuersis partibus producuntur: inspicitur quis sit dignior.*

3 *Iudex potest per se acta conficere, & scribere: & an hoc sit uerum? remissiuè.*

4 *Maior & honestior reputatur, q præest meliorib⁹.*

Doctores, qui habent bonos & honestos scholares: præsumuntur meliores.

5 *Electio fieri debet per circulum.*

6 *Hæredes tabelliõis nõ possunt instrumẽta in notã redacta redigere in publicã formã sine superioris licentia.*

7 *Absentes in electionib⁹: si sunt in eadẽ prouincia, de iure canonico requiri debent, secus de iure ciuili.*

NIsi velociter. ¶ Defensores ciuitatis debent eli-
gi viri honesti, & fidedigni, & ciui-
tatis nobiles, & per circulum, præstito iureiurãdo ab electo
ribus antiqua solennitate seruata. hoc dicit. vsq; ad. §. iusiurã
1 dum. ¶ † Not. ex prin. in ver. quæ verò. ꝙ ex qualitate, & fide personæ
est adhibenda, vel non adhibenda fides scripturę: vt hic & C. de proba.
l. iubemus. ff. ad le. cor. de fal. l. fi. extra de fi. instr. c. cũ dilect⁹. ad fin. l. si
quis ex argentarijs. §. j. & quod ibi no. ff. de edẽ. s. de non alie. §. ad hoc
aũt, & quod ibi no. C. de susce. & ar. l. aliqd. li. x. Et sic ex persona scribẽ
2 tis habeẽ fides eius scripturę, vel nõ. ¶ † Item est ar. ꝙ si testes, vel instru
menta ad inuicem cõtradicunt, & à diuersis partibus producuntur, est
inspiciendũ quis sit dignior, & quod dignius sit: vt hic, & l. s. alle. ad idẽ,
vt iu. sin. quo. suf. §. eos. ver. iõq;. de quo not. gl. ff. de test. l. ob carmẽ. §. si
3 testes. C. de fid. inst. l. scripturæ. j. de testi. §. si verò. & ibi no. ¶ † Item in
hoc ver. videẽ tex. ꝙ iudex ipsemet possit p se acta conficere, seu scribe-
re. de quo tangit gl. pua in. l. iubemus. §. his quoq;. C. de sa. san. ec. Circa
quod Inn. in. c. cũ tu. extra de testi. & Spe. in ti. de instru. edi. §. satis vti-
4 liter. ver. j. ¶ † Tertiò no. in ver. nos igitur quãto quis pest melioribus,
tanto maior, & honestior ipe reputatur. & sic est arg. pro doc. q habent
bonos & honestos scholares. de quo gl. ĩ proœ. ff. §. fi. ¶ Quartò no. in.
5 ver. hoc enim. † electionẽ debere fieri per circulũ. † Item no. in ver. si ve
6 rò. ꝙ hæres tabelli. instru. redacta in notã non possit in publicam for-
mã redigere sine autho. superioris. de quo dic, vt extra de fi. instr. c. pe.
& ibi no. in ver. interim, & prosequere: vt. s. Ibi etiam no. gl. ex hoc in-
uito alio. s. pręside. et ibi in tex. præses nõ potest eũ remouere: vt. §. pro
7 xi. ꝙ olim poterat: vt. s. §. ꝓxi. ¶ † No. gl. oẽs enim. Veritas est, ꝙ de iu-
re can. debent omnes absentes requiri si sunt in eadẽ prouincia vt extra
de ele. cũ inter vniuersas. & c. seq. vbi per Inn. & in. c. quod sicut. e. ti. &
vide optimam gl. Inn. in. c. cũ nobis. ver. reuocare. e. ti. & quod no. per
gl. c. fi. extra de ma. & obe. & vij. q. j. c. factus est. & quod no. in. c. cũ oẽs.
extra de consti. et in. c. pręsentiũ. de test. li. vj. ¶ Sed de iure ciuili sufficit
eos solenniter vocari, qui præsentes sunt, & qui absentes sunt de neces-
sitate vocari non debent. Requiritur tamẽ, ꝙ sint pręsentes duæ partes:
vt hoc. §. & C. de decu. l. ij. & l. nominationũ. li. x. quod no. in. l. nulli. &
l. planè. ff. quod cu. vni. no.

SVMMARIVM.

1 *Ius remouendi competit illi, cui competit ius cõfirmandi.*

Authoritas superioris quando requiritur in reuocando concessionem?

2 *Defensores ciuitatis per se, non per uicarios regunt ciuitatem.*

3 *Præses prouinciæ nõ prohibet defensorem ciuitatis agere quicquid uult.*

Iurisdic. minoris iudi. nõ cessat propter præsentiã maioris: & qualiter hoc intelligatur?

4 *Confirmare, an dicatur, qui dat: & dare, & confirmare, an sint idem? remissiuè.*

5 *Præscribi, an posit mero, & misto imperio consuetudine? remissiuè.*

6 *Confirmatio superioris, quòd semper requiratur, quando uniuersitas facit electionẽ & dat iurisdictionem.*

7 *Vniuersitas non habet iurisdictionem: & sic alia per se exercere non potest.*

Iusiurandum. ¶ Defensor ciuitatis iusiurandũ præstare de
bet solũ biennio administratur⁹, & à præfe-
cto cõfirmãdus, & remouẽdus: volũtariã iurisdictionẽ exercens, & nõ ea
quæ sunt meri et misti imperij: pręside nõ valẽte eius iurisdict. impedire
h. d. vsq; ad. §. deinde iudi. & vicarios, & clarissimos iudi. s. pręsides oẽs. i.
1 defensores. iudicũ. i. pręsidũ. Cõtra se gesta. i. cõtra volũtatẽ suã. ¶ † No.
ex isto. §. j. ꝙ illi cõpetit ius remouendi, cui cõpetit ius cõfirmãdi: vt hic
& de hoc. An in reuocãdo reqraẽ superioris authoritas, quæ debet inter-
2 uenire cõfirmãdo? dic, vt not. in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. ¶ † Se-
cundò no. in ver. nulla. ꝙ defensoribus ciuitatis, non licet in ciuitate po
nere vicarios: sed p se debent regere ciuitatem, quod est cõtra quosdam
3 Ptãtes Boñ, de quo dic, vt in gl. † ¶ Tertiò no. tex. istum, ꝙ præses non
potest prohibere defensorẽ agere quod vult: & iurisdictio defensoris
non cessat propter pręsentiam pręsidis. Et sic videẽ hic casus ꝙ ꝓpter
pñtiã maioris iudicis, non cessat iurisdictio minoris iudicis. de quo in
tex. & gl. C. de do. l. in hac. & ibi per doc. Ad idem facit. xcv. di. c. ecce.
Cui⁹ cõtrariũ no. extra de of. dele. c. volẽtes. de priui. c. antiqua. §. dñicę
4 C. de pala. sa. lar. l. nihil. vbi gl. cõcor. cũ hoc tex. † ¶ Op. diciẽ hic, ꝙ q cõ
firmat dat. cõtra. ff. de iu. om. iud. l. & qa. gl. dicit, ꝙ nõ sunt p oĩa similia
dare & cõfirmare. sed dic, vt ibi no. p Ia. de bel ¶ An aũt eo ipso, ꝙ quis
dat, videaẽ cõfirmare. vide gl. in. c. cũ ĩter canonicos. extra de ele. ¶ No.
gl. s. maiori. ibi. l. j. & ij. Quarto mõ accipiẽ iurisdictio pro modica coer-
ctione. vt not. in. d. l. imperiũ. & circa præcedẽtẽ ptẽ. gl. vide ꝙ not. in. l.
5 j. ĩ. ij. gl. ff. de iu. om. iu ¶ In ea. gl. ibi ex cõsuetudine. ¶ † No. ergo ex hac
c gl. ꝙ merũ & mistũ imperiũ põt cõsuetudine pscribi[c]: Idẽ no. insti. qui.
mo. i⁹ pat. sol. §. rele. facit. C. de diuer. of. l. viros. li. xij. C. de fun. li. l. j. lib.
xj. C. de pas. pu. l. j. ĩ fi. eo. lib. Azo ĩ sum. eiusdẽ titu. dicit, ꝙ except. cer
tis ciui. quę habẽt priui. habẽt vsurpationẽ. nõ cõsuetudinẽ. q. d. p cõsue
tudines nõ põt mero & mixto ĩpio pscribi. de qua. q. no. ĩ. l. j. C. de emã.
6 lib. dicã in. d. l. viros. ¶ † Quęro: video ꝙ electio defensoris reqrit cõfir-
mationẽ. q̃ro ergo, an semp qñ vniuersitas facit electionẽ, & dat iurisdi-
ctionẽ, sit necessaria supioris cõfirmatio? tex. hic in ver. cõfirmãd⁹. vide
tur velle, ꝙ sic. Ad idẽ. s. eo. in prin. & ita not. tene gl. p hos tex. per. l. &
7 qa. ff. de iur. om. iud. ¶ † Quęro, an vniuersitas, q̃ dat iurisdict. possit ipa
per se

per se iurisdictionem exercere.dicit Inno.ꝙ licet vniuersitas det iurisdi
ctionem,non tamen habet iurisdictionem.l.dẽ no.ipse in.c.cum accessi-
sent.extrà de consti.in.iij.q.facit quod no.ipse.de offi.ordi.c.ij.

SVMMARIVM.

1 *Doctor perhibet testimonium de peritia,& honestate scholaris.*
2 *Iudex,an poßit testificari de ijs,quæ coram ipso gesta sunt?*
3 *Delegatus,uel arbiter,quando poßit sibi eligere notarios.*
4 *Baiuli uocantur officiales.*
Statutum loquens de officialibus comprehendit baiulos.

Deinde. ¶ Defensor publica debet exigere tributa, & inordina
tè agentes videre , & publicè remouere tumultum:&
officialis prouinciæ debet ei auxiliũ impertiri:& ex curia prouinciali
vnum exceptorẽ,& duos officiales habere hoc dicit.vsq; ad.§.& iudica
1 re.¶ †No.tex.ibi:& ipsius testimoniũ &c.nã ex isto tex.ar.Iac.de bel.
& doc.de peritia,& honestate discipulorũ debeat testimoniũ perhibe-
a re:[a]vt hic.&.xij.q.j.c.j.&.C.de aduo.diuer.ĩ.l.ij.&.l.nemini.§. peritos.
2 ¶ †Item facit iste tex.ꝙ iudex põt testificari de his,q̃ acta sunt corã eo.
de quo p gl.C.de arb.l.ne ĩ arbitris.§.si autẽ in scriptura.l.ob carmẽ.§.
3 j.ff.de test.&.ff.de prob.l.quoties.§.fi.¶ †Vlterius ex verb.ex prouin
ciali.hic videt̃ text.ꝙ iudex delegatus,vel arbiter, nõ possit sibi eligere
notarios,vel nuntios:sed eos debet de curia superioris accipere.In con-
trarium facit.j.de iud.§.de vnoquoq;.co.vj.C.de spor.l.ij.Sed dic,ꝙ de
curia superioris debẽt eligere,& accipere,si ex eadẽ haberi possunt.ar.
huius.§.aliàs possunt sibi eligere.ar.l.ij.ff.de iu.om.iu.C.de iud.l.quo-
4 ties.facit quod no.gl.ff.de inter.ac.l.j.§.j.in glo.sed quomodo. ¶ †Vlti
mò no.text.ibi:& duos officiales.Ex quo no.baiulos vocari officiales.
Pro quo est glo.j.de iudi.§.pe.vnoquoq;.col.vj.Quod tene menti pro
statutis dicentibus,ꝙ si officiali Potestatis.vel Capitaneis quis facit in-
iuriam.Iniurians puniatur tanta poena,ꝙ si fiat iniuria baiulo in curia
seruienti Potestatis dicatur fieri iniuria officiali Potestatis. Item debet
eligi baiulus.&.j.de iu.§.nullo.col.vj.

SVMMARIVM.

1 *Defensor ciuitatis,pro causis non transcendentibus trecentos aureos, & non Præses,*
quod adiri debet.
2 *Causæ transcendentes.ccc.aureos.an delegari poßint?*
3 *Acta & reformationes quæ non sunt in archiuo publico,non probant.*
4 *Scriptura sumpta ex archiuo publico, probat.*
5 *Dictio etiam quod implicet casum contrarium.*

Et iudicare ¶ Defensores in causis pecuniarũ vsq; ad trecen
tos aureos iudicarẽ debent,cõuentione in vetito
examine prohibita,appellatione ad presidẽ pmissa,& in curia circa per
sonã defensoris ab officialibus vetita,& successoribus.ele.mãda.Itẽ pro
defensoribus ciuitatis debet legitimatio haberi pro actorũ custodia :&
defensores gratis debẽt administrare,nec aliqd accipere,nisi salaria pu-
blica.h.d.vsq; ad.§.audiẽt.&.s̃.Imperator dixit de volũtaria iurisdictio
1 ne:nunc dicit de cõtẽtiosa.¶ †No.ex hoc tex.ꝙ qs nõ põt adire presidẽ
prouinciæ,pro causa,q̃ fit in trecẽtis aureis,sed debet adire defensorẽ ci
uitatis.& cõtra faciens punit̃.adeò ꝙ etiã si actor succũbat,nõ debet vi-
ctori in expensis cõdẽnari.licet regulariter victus victori debeat dãnari
in expensis.vt.l.properãdũ.§.siue autẽ.de iud.j.de iud.§.oportet.& est
2 speciale hoc in odiũ trahẽtis aduersariũ in vetitũ examen. ¶ †Quero,an
causæ pecuniariæ vltra trecẽtos aureos possint delegari?gl.sed olim.in
fi.dicit ꝙ non,nisi in duobus casibus.& idẽ no.in.l.imperiũ.&.ff.de iu.
om.iu.& in gl.pe.& in.d.l.ij.C.de peda.iu.Sed cõtrariũ no.in.l.nec qcq;.
§.vbi decretũ.ff.de offic.procu.& legati.Cuius opi.videt̃ sequi Ia.bu.ff.
de iu.om.iu.l.iubere & cauere.Sed tu tene opi.gl.pręcedẽtiũ.quã tenet
Ia.de Are.vt no.in.l.j.C.de peda.iu.¶ No.hic sępe.Adde quod no.ĩ.§.
3 tripli.insti.de act.Venio ad ver.pręcepta.¶ †Et ex hoc tex.no.ar.secun
dum Ia.de bel.pro actis & reformationibus,q̃ nõ sunt in archiuo publi
co,seu in causa actorũ,qbus nõ est fides adhibẽda.Sed si aliqua scriptu-
b ra assumeret̃ de archiuo.pub.ei debet stari.[b]text.est cũ gl.in aut̃.ad hec.
C.de fi.inst.j.de his,q ingre.ad app.§.sancimus.in gl.sup verbo testimo
4 nium.¶ †Vltimò in ver.quia verò no.glos.q.d.Ex qua habes, ꝙ dictio
c etiã:[c]habet implicare casum cõtrariũ.Nã maior & minor sunt cõtraria.
Idem no.in.l.ij.C.si mi.sema.dixe.ff.de hę.inst.l.si qs.in gl.sup verb.etiã
insti.de iu.nat.gen.& ciui.§.plebiscitũ.ver.plebs.Idem dic de dictione.
aut.vt.s̃.de nõ.alie.§.ijsdem poenis.

SVMMARIVM.

1 *Fustigatio,uel castigatio,quod dicatur simplicis iurisdictionis.*
2 *Carceratio,an sit simplicis iurisdictionis,uel meri,& misti imperij?*
3 *Doctores antiqui præferuntur nouis:& qualiter intelligatur:remißiuè.*
4 *Frequenter aliquid fieri,an dicatur,quod fit bis?*
5 *Dictio sæpe,in quot uicibus uerificetur?remißiuè.*
6 *Honoribus continuandis illud,quod maior pars facit,non uidetur ab omnibus factum.*
7 *Ciues ciuitatum ea,quæ sunt Principis,alij dare nõ poßunt, etiã si omnes consentiant.*
8 *Popularis appellatur,qui nõ est nobilis:& quando ueniat appellatione popularis.*

Audient. ¶ Defensores leuia crimina audiant,& cõpetẽti casti
gatione puniãt,poena quinq; lib.auri cõtrafaciẽtibus
hac lege ordinata:defensoris officio vltra bienniũ nõ durãte:nisi tota ci
uitas nullo reluctante eũ elegerit hoc dicit.vsq; ad fin. Et ita continuat̃,
Imperator.s̃.dixit de volũtaria, & cõtentiosa iu-
risd.circa causas ciuiles : nũc dicit circa cãs crimi-
1 nales.¶ †No.tex.ibi castigationẽ cõpetẽtẽ,ꝙ ca-
stigatio,vel fustigatio videt̃ esse simplicis iurisdi.
2 vt dixi in.§.j.s̃.de inces.nup.¶ †Secũdò not.ibi
detrudent in carcerẽ.Nã hic videt̃ tex.ꝙ carcera-
tio nõ sit de mero,vel misto imperio.Nã vides hic
ꝙ defensor ciuitatis nõ habet merũ & mistũ im-
periũ.ar.s̃.e.§.nulla.in fi.In cõtrariũ videt̃ tex.in
l.ij.§.exac.ff.de ori.iur.ff.de in ius vo.l.ij.Pręterea
incarceratio est priuatio libertatis:vt.l.ij.ff.de li.
ho. exhi.de cõdi.& demõ.l.Titio. Sed cã liberta
tis est de mero & misto imperio:vt.C.de peda.iu.
l.placet.ergo etc.Roffr.ĩ ti.q̃ causæ dele.po.in li-
bellis suis.§.sunt aũt.ita tenet, ꝙ sit meri & misti.
cõtrariũ alle.hũc tex.& nõ rñdet.& iõ tu dic,de
hac.q.vt no.Gul.in.l.imperiũ.ff.de iu.om.iu. per
3 cuius dicta apparet so.hui⁹.q.¶ † Tertiò no.tex.
ibi sub maiori cõstituta:etc.qa est ar.pro doc.an-
tiquis cõtra nouos.& dic,vt no.ĩ gl.in.§.ordina-
tione.s̃.de mon.C.de anno.ciui.l.j.li.xj.Item no.
d in fi,ꝙ dicit̃ frequẽter fieri,ꝙ fit bis.[d]Sed cõtra-
4 riũ habes:vt.l.nã ad ea.cũ.l.se.de le.&.j.†vt ĩmo
bilia ante nuptia. dona.§.cũ verò. de qua dictiõe
habes.C.quę sit lõg.cõsu.l.j.& extrà de vi.& ho.
cle.c.monasteria.¶ Quid in dictiõe sæpe: quot vi
cibus verificetur?no.gl.j.de testi.§.qa verò sæpe.
5 ¶ †No.tex.ibi reluctãte nullo.†qa ĩ honorib⁹ cõ
6 tinuãdis illud,ꝙ facit maior pars,nõ vidẽtur oẽs
fecisse:vt.l.noĩationũ.C.de dec.li.xj. fi.ad nũ.l.ꝙ
maior.cũ si.Et ista videt̃ vera so.ꝙ hic sit specia-
le in honorib⁹ cõtinuãdis.quã tenet Ia. de bel.li-
cet alit̃ videat̃ no.p Cy.in.l.ij.C. q̃ sit lõ.cõsue.in
7 iiij.q.prin.¶ †Vltimo no.tex.in fi.ibi , & modis
oĩbus ar.secũdũ Iac.de bel.pro his,q̃ sunt princi
pis:ꝙ ciues ciuitatũ alij dare nõ possunt, ẽt si oẽs
8 cõsentiãt nullo reluctãte.¶ †Vltimò no.gl.idem
multò magis.Ex qua no.ꝙ appellat̃ popularis,q
nõ est nobilis:vt hac gl.iũcta cũ tex.ꝙ tene menti
pro statutis,& reformationib⁹ loquentib⁹ de po
pularibus.Et hoc dico:qa aliâs p expressa signi-
ficatione.appellatiõe populi,seu populariũ,con
tinent̃ nobiles,& etiã existentes in dignitate non
ignobiles:vt insti.de iure natu.§.plebiscitum. ver
sicu.plebs.

b ¶ Perhibere.adde
Fely. in ca. nemo
post princip.ver.
itẽ op.ibi:et p hoc
infertur de simo.
Adde ꝙ illius so-
lius testimonio de
hoc credit̃.Ita nõ.
Bal.ĩ.l. nemini.nu
me.iiij.& ibi po-
sui in apostill. ad
ipsum.ĩ ver. de pe
ritia sui scholaris
C.de aduo. diuer.
iud.Bar.in.l.nõ ali
ter.eo.ti. & in pri
ma cõst.fforũ.§.o-
mnẽ. ad fi. & dixi
post Panor. in ca.
nemo.nu. 3.in ver.
de peritia. extra
de simo.

b ¶ Stari. Adde ꝙ
debet stari tribus
cõcurrẽtib⁹, put
per do.Feli.ĩ.c. cũ
cãm.de pba.ĩ. iij.
col.ver.ĩ ea glo.&
latissimè no.ĩ.c.ad
audiẽtiã.col.iij.ãn
mediũ.ver. prima
cõclusio. cũ pluri.
seq.de prescrip.

c ¶ Dictio etiã . Ad
de ꝙ no. in apost.
& ad istũ ĩ.l.bono
rũ.nu.v.ĩ versi. di
ctio etiã.C.qui ad
mit.ad bono.pos.

d ¶ Bis.adde Fel. in
c.licet.ĩ prin.j. co.
ver.quintò no. de
simo.

De mensura cleri.ordinan. Rubri.

LEgem. ¶ Numer⁹ clericorũ an
tiquus debet seruari nul
lo casu debet augeri:& nullus debet
substitui ĩ locũ defunctorũ,donec p-
ueniat̃ ad antiquũ numerũ:illis q sunt iã ordina-
ti,remanẽtibus in eo ordine,in quo sunt . & si in
vna ecclesia,ĩ qua est diminut⁹ numer⁹ clericorũ,
& ĩ alia superabũdet,debet eligi cleric⁹, de illa ec
clesia & ad illã trãsferri.nõ aũt debet noua crea-
tio clerici fieri.h.d.vsq; ad fi.¶ Ibi,donec nume-
rus in remedio.i.donec perueniat̃ ad antiquũ nu
merũ:ĩ quo numero possessiões ecclesiastice suffi
ciebant,per ordinationes,quibus erat statut⁹ mo
dus clericis antiquis,& ab initio ordinatis.

De mandatis principum. Rubri.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum,quòd priuilegia antiqua,quæ peti poßunt*
remouentur.
2 *Sportulæ quando debeantur iudici ordinario:& quando de-*
legato?
3 *Potestates terrarum tenentur fieri facere pacem,& cõcor*
diam inter subditos.
4 *Mandatum principis,& constitutio,an sint idem?*
Dictio alius ,quòd habeat implicare alium casum.

a ¶ Sportulas accipere possunt. Adde quid de iure canonico p Ant. Cor. sing. suis. in ver. sportulæ. inci. ius canonicum reprobauit sportulas.

b ¶ Et concordiam. Et an, & quando, & quibus casibus. vide ad saturitatē Feli. in Rubri. de treug. & pace.

c ¶ Alium casum. Fallit tñ vbi ratio subiectæ materiæ aliud iudicat. ad q̃ vide do. latè distinguentē in. c. deīde ij. colū. xxvj. di. & aliqd per eū in. c. j. in fi. & in. c. eum cui. pen. chart. de præbē. in. vj. & in c. hinc etem. xlix. di. & ī. c. oēs leges. j. di. p Imo. in cle. j. ij. col. de rescrip. & Card. in cle. dignū. j. no. de cele. missa. & in. c. officij. ij. no. de pœ. & remis. & do. And. Barb. in cōsi. lvij. & in cōsi. xxiij. li. ij. & do. Alexā. de imo. in consi. mihi secūdū numerum oīa amplectentē. cccxliiij. inci. cōsideratis verbis de īuesti. iiij. col. Ro. de rescri. xlviij. in antiquis. & Lud. cōsi. xlij. & ī cōsi. xcij. & do. Sozi. ī cōsi. ccc. inci. in cā interpellationis. ver. iij. principaliter circa. iij. partē char. ccxxj. Adde istum in. l. quidā. in princ. & quod ibi posui in addi. ad ipsum in ver. dictio. alius īplicat. ff. de re. dub. & Feli. in. c. sedes. co. fi. ver. dictio ali⁹. extra de rescript.

d ¶ Breuis. Quæ aūt dicatur cā breuis, vide do. Ias. may. in sua aurea repe. l. admonēdi. ī col. cxcvj. in ver. quæ aūt dicaẽ. ff. de iureiur. cum multis concor. ibi p eum ad hoc signatis. & per Feli. in. c. ī causis. de testib. circa prin. & aliqd in. c. si pro debilitate. de offi. iu. del. in. j. col. in med. versi. qñ causa dicatur.

e ¶ Ferri. Adde Feli. in. c. sicut. de re iudica. colū. vij. post prin. ver. nā vult.

f ¶ Condemnari. Ad cuius articuli decisionem, vide tu Feli. in. c. accedēs. de accu... colū. ante medi. versic. viij. vbi plenè & nota.

g ☞ Habent alij co

Ex libris. ¶ Admīstratores debēt habere puras manus, & fiscalia tributa vigilāter inspicere, & pacē ciuitati dare: & seditionē prohibere. h. d. vsq; ad. §. sit tibi.

1 ¶ † No. ī tex. ibi. quia igiẽ nobis reparantibus &c. Iste tex. est ar. ad questionē no. p gl. s. de hęre. & fal. §. semp igiẽ. quæ incipit arg. pro priuilegijs.

2 ¶ † Secūdo not. tex. in versi. & nullū contingere lucrū. Sed cōtrarium no. in. §. ne autē. j. de iudi. alleg. in gl. vbi habeẽ, q̃ ordinarius, & delegat⁹ sportulas accipiūt. & facit tex. in. §. si tibi. & qđ ibi no. gl. quam nō habemus alibi. & istud vr̃ verū: licet enim tex. in §. si tibi. & j. vt liti. iurēt. §. & hoc. s. vt iu. sine quoquo suf. §. volumus. & j. vt di. iudi. §. fi. loquātur in hac forma: videlicet q̃ Imperator iudici ordinario dicit, q̃ ipsi nō pmittant alios iudices pcipere maiores sportulas, q̃ꝫ in lege sit statutū de ipsis aūt ordinarijs nihil disponit: tñ idē vr̃ esse in ordinarijs,

a q̃ sportulas accipere possunt:[a] licet nō vltra modū statutū: vt no. in. §. ne aūt. Non obst. iste tex. quia loquiẽ, q̃ iudex debet abstinere ab alijs lucris, nō à lucris sportularū. sic. s. vt iu. sine quoquo. §. cogitatio. & iusiurā. qđ pstat. §. j. licet gl. videaẽ hic sentire cōtrariū. ¶ Sed q̃. §. si tibi. j. eo. loquaẽ in ordinario iudice, no. p glo. extrà de rescrip. c. statutū. §. insup. ver. pauperes. lib. vj. & in. c. cū ab omni. extra de vi. & ho. cler. sup verbo expēsę. & sup ver. salariū. in qbus locis tractaẽ de ista materia. & etiam quid sit de iure canonico.

3 ¶ † Tertiò no. tex. in ver. deinde. secundum glo. q̃ Potestates terrarum teneñẽ facere fieri pacē inter

b subditos, & cōcordiā.[b] ita not. in. l. ęquissimū. ff. de vsufru. facit. c. primū. extra de treug. & pa. in fi. Et vide quod no. ff. de mino. l. si ex cā. §. nūc videdū. in gl. mag. in princ. & in. l. furti. §. qui iussu. ff. de his, qui no. infa.

4 ¶ † Vltimò no. glo. secundā huius prin. ponētis differentiā inter mandatū, & cōstitu. vide Azo. in summa huius ti. secundū gl. ergo videẽ q̃ dictio alius, nō implicat. cū qua cōcor. quod no. in. l. in causę. ij. in princ. ff. de mino. sed propriè dictio alius, habet implicare aliū ca-

c sum[c]: vt est casus in. l. quidā relegat⁹. ff. de re. du.

SVMMARIVM.

1 *Causæ uilium personarum, uel breuiores, debent sine scripto cognosci.*

Libellus in causis breuioribus, uel uilium personarum in scriptis porrigitur.

Sententia in talibus causis in scriptis fertur.

2 *Princeps aditur, quādo iudex negligit facere iustitiam.*

3 *Impetrare, & obtinere idem est.*

4 *Sententia interlocutoria in causis breuioribus, necessariò in scriptis non porrigitur.*

5 *Sententia quando in scriptis profertur, an iudex necesse habeat dicere in his scriptis.*

6 *Iudicari quando debeat secundum conscientiam, & æquitatem?remissiuè.*

7 *Breuis causa, quæ dicatur, est arbitrarium.*

Sit tibi quoque. ¶ Iudices debent audire litem cum omni ęquitate: & breues lites, & viliū psonarū ex nō scripto agnoscere, & iudicare, & puidere: vt subditi occasione iudicij: vel aliarū expensarum nō dānificenẽ: vel p ipsorū negligentiā ad curiam principis accedatur. h. d.

1 ¶ † No. tex. ibi. q̃ causę breuiores, vel vilium psonarum debēt cognosci:

d & iudicari sine scripto. vnde siue sit breuis,[d] siue vilium personarū, est sine scripto cognoscēdum secundū nostram opi. licet alij vtrūq; requirāt. & primam opi. tenet hic Iac. de bel. sed regulariter debet ferri sñia in scriptis: & libellus in scriptis offerri: vt. j. de exhi. re. §. sancimus. & C. de sen. ex peri. reci. l. fi. Sūt alij casus, in qbus debet sñia ferri scriptis: vt not. s. de iud. sine quoquo suffra. §.

2 necessitatē.

¶ † Secundò no. q̃ subditi nō possunt Principē adire, nisi qñ

3 iudex negligit facere iustitiā.

¶ † Tertiò no. tex. ibi. q̃ iustū &c. & q̃ idē est impetrare, quod obtinere: vt. s. de refer. versi. propterea. & ibi dixi.

4 ¶ Quæro, dixi, q̃ † regu. sñia debet ferri &c. quid in sñia interlo. glo. in

e l. ij. ff. de app. dicit, quòd non est necesse in scriptis ferri.[e] & idē tenet gl. in. c. quoniā cōtra falsam. extrà de proba. in gl. licet sit scribēda. & vide

5 quod no. p doc. in. l. fi. C. de sen. ex peri. reci. ¶ † Sed circa hāc questionē an qñ sñia debet ferri in scriptis sit necesse, q̃ iudex expssè dicat in sñia: in his scriptis pronūtiamus vel sufficiat, q̃ solū in scriptis feratur. licet illa verba nō apponantur. dic vt no. gl. in. c. fi. de reg. iur. lib. vj. Ibi etiam

6 no. an sñia debet ferri in scriptis? ¶ † No. gl. hoc facit. ibi not. &c. Idē in l. illicitas. §. veritas. hic alle. & insti. de ac. §. si minus. & est bona glo. in. l. j. §. fi. ff. de fer. extrà de of. & po. iudi. dele. c. pastoralis. §. qa vero. & ij. q.

7 vij. c. iudicet ille. Facit quod tetigit gl. s. iusiu. qđ psta. &c. §. pe. † ¶ No. glo. quidam ibi: vel verius. Imò veritas est, q̃ breuius dicetur iudicis arbitrio. secundum opi. not. per gl. C. de sen. ex peri. reci. authen. nisi. ibi p doc. appro. Et vltimò pro intellectu ver. alioquin. & c. vide gl. in. c. statutum. extrà de rescrip. §. insuper. ver. prouisurus. super verbo pauperes. & in. c. ab omni. extra de vita & hone. cle. super ver. opus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non debet præcepta superioris contra ius, uel utilitatem publicam executioni mādare: sed secundam iußionem expectare.*

2 *Iudex criminalis, an poßit cognoscere circa ea, quæ ueniunt actione ciuili?*

3 *In causis criminalibus, an uictus uictori in expensis condemnetur?*

4 *Malus assessor uenit expellendus.*

Deinde competens. ¶ Administratores debēt prouidere, ne iudices, & officiales, de curia principis venientes: subiectos lędant, & eos punire debent, & pręceptum contra ius, & vtilitatem publicam non suscipere, nisi secunda emanauerit iusio: & diligentiam omnem adhibere pro vbertate necessariorum, & operum ciuitatis, delinquentes sibi decenti castigatiōe puniri, omni priuilegio cessante: & prouidere: ne officiales iniurijs sub-

1 iectos afficiant: & malos expellere. h. d. vsq; ad ver. sed neq;. ¶ † Et not. q̃ iudices præcepta superiorum, quæ emanant contra ius, vel vtilitatē publicam, non debent suscipere, vel executioni mandare, nisi secunda emanauerit iussio. vt hic. & no. C. si contra ius vel vti. pub. l. fi. quod inducit glo. contra miseros prælatos, sed de hoc, an licet reclamare literis

2 papę, vel Principis dixi. s. vt determina. sit numerus. in prin. ¶ † Secūdò no. tex. q̃ si delinquentes. Nam hic videtur tex. q̃ iudex qui cognoscit de crimine potest criminosum condemnare ad restituendum: & ad damna, quæ aliâs venirent in acti. ciuili. vt hic. & l. interdum. §. qui furē ff. de fur. l. iiij. §. si dicantur. ff. fin. reg. ff. de var. & extraor. cog. l. medicus C. de condi. ob tur. cau. l. quod euitandi. Ad idem, vt. s. vt iud. sine quo. suffra. §. si quis autem pręter. &. §. necessitatem. j. vt nulli iudi. §. sup hoc autē. De quo dic, vt no. Inno. in. c. cum oporteat. in gl. antepe. in fi. extrà de accu. & in. c. qualiter & quando. super verbo. adimen. eo. ti. & p doc.

3 in. l. si quis ad se fundum. C. ad. l. Iul. de vi priua. ¶ † Facit etiam iste tex. q̃ in causis criminalibus, victus victori debeat in expensis condemna-

f ri,[f] quam quęstionem disputauit Iaco. but. & tenuit q̃ expensę iudicis officio reficiendæ non sunt: licet via ordinaria per actionem in factum peti posint. Inducit pro hoc. l. non ignorat. C. de fruc. & lit. expen. & gl. in proœmio insti. in ver. tramites. Sed cōmuniter tenetur contrariū. & pro hoc est casus. C. de fruc. & lit. expen. l. fi. secundum secundam lec. Pro hoc facit optimè. l. si postulauerit. §. pe. ff. ad. l. Iul. de ad. & l. qui crimen. C. qui accu. non pos. & hoc ibi tenent doc. & hanc opi. tenent ca-

4 no. in. c. calumniam. extra de pœ. ¶ † Vltimò no. tex. ibi, illum quidem

g expel. q̃ maior[g] assessorem debet expellere, vt hic: & s. iusiuran. &c. §. fi. Et vltimò vide gl. & sic non vtentur &c. vide quod no. in gl. in proœmio. ff. in fi. & quod no. doc. in authen. habita. C. ne fi. pro pat. & quod glo. ibi tangit.

SVMMARIVM.

1 *Securitas, an sit danda fugientibus ad ecclesiam?*

Fugientes ad ecclesiam, an habeant immunitatem, etiam si sint infideles?

2 *Securitas data per iudicem homicidæ fugienti ad ecclesiam, an sit illi obseruanda?*

3 *Bannito de alio delicto accusato fiducia darì non debet: sed si datur, seruari debet.*

4 *Iudex secularis, quando fugientem ad ecclesiam, de ecclesia extrahere poßit?*

5 *Immunitas, quæ datur fugienti ad ecclesiam, ut in ecclesia capi non poßit, an extēdatur extra muros ecclesiæ intra tamen eius confines?*

6 *Ecclesia præstat alimenta fugienti ad eam, ne capi poßit.*

7 *Fugiens ad domum Episcopi, habet idem priuilegium, quod habet fugiens ad ecclesiam.*

Sed neque. ¶ Fiducia in causis ciuilib⁹ dāda nō est vltra. xxx. dierū inducias, interim cōuētiōe missa, cū securitatis obseruatiōe: sed delinquēti in tributarijs nō est danda fiducia. h. d. & gl. hic ponit gl. & est no. §. multū. & tota die alle. ¶ Op. de prin. hui⁹. §.

1 neq; aūt. Sol. pro hui⁹. §. declaratiōe & gl. ma. hic positę. quęro. † Nūqd fugiētibus ad ecclesiā est dāda securitas? & ecclesia pręstet eis īmunitatem? si est

a tem:ſi eſt infidelis nõ,[a] niſi redeat ad fidem:vt.C.de his, qui
ad eccle.confu.l.j.Si verò eſt catholicus:& tũc fugiẽs in eccle
ſia:aut eſt ſeruus,aut liber.Primò caſu,aut fugit propter ma-
gnam domini atrocitatẽ:& tũc dominus cõpellitur eũ ven-
dere:vt inſti.de his,q ſunt ſui,vel alie.iur.§.fi.Aut fugit pro-
pter paruã domini atrocitatẽ,aut nullã,tamẽ ſine delicto cõ-
miſſo per ſeruũ:& tunc reſtituať domino præſtita ſeruo ſecu
ritate,ꝙ dominus ipſum nõ offendat propter fugã,quã fecit:
vt.l.fi.§.ſanè enim ſi ſeruus.C.de his q ad eccle.cõfu. ¶ Itẽ,ſi
aufugit ad eccleſiam propter cõſcientiam:puta ꝙ monachus
fieri vult.dic,vt.s̃.de mona.§.ſi verò.j̃.de ſan.epi.§.ſi qs autẽ.
Aut ſeruus fugit propter delictum cõmiſſum:& tũc aut deli-
quit in eccleſia:aut extrà.Primo caſu nõ iuuatur p eccleſiam:
quia fruſtra.&c.vt.l.auxiliũ.ff.de mino.&.§.qa verò.vt li.ma.
& aui.& eſt tex.mouens prædictã rationem.extrà de immu.
eccle.c.fi.¶ Si verò deliquit extrà,aut modicũ deliquit in do
minũ,& idẽ:vt.d.§.ſanè enim ſi ſeruus.Aut non modicũ deli
quit:& tunc aut timet puniri à domino ſuo.& debet domino
reſtitui nulla à domino data ſecuritate ſeruo:vt.C.de his,qui
ad ecc.confu.l.ſi ſeruus.Aut timet puniri ab alio p viã: & tũc
dic,ſecundũ quod.j.dicã in libero homine.¶ Secundo caſu,ſi
liber aufugit ad eccleſiã:aut propter debitũ:aut propter de-
lictum.Primo caſu,aut fugit ad eccleſiã propter debitũ tribu
torum:aut propter aliud debitũ.Primo caſu,tũc nõ extrahe
retur de eccleſia,ſi nõ dabiť ſibi ſecuritas.xxx.dierũ: vt poſ-
ſit ſecurè ſtare.xxx.diebus extrà eccleſiã:ſed citabiť in eccle-
ſia,& ſe defendet:vt hic,in ver.publicorũ.ſecundũ Pe.de bel.
& idem puto intellexiſſe gl.hic poſitã,quę incipit.ſi illa.ibi,
aut propter functionẽ &c.licet doct.in.l.pręſenti.C.de his q
ad eccl.confu.dicãt,ꝙ gl.intelligit hic,ꝙ talis fugitiuus pro-
pter debitũ poſſit extrahi de eccleſia.quã gl.hic nõ reperio.
¶ Si verò fugit propter aliud debitũ,tũc eccleſia dat ſibi im-
munitatem,vt non poſſit extrahi:& ſi ſecuritatẽ petit:iudex
debet ſibi ſecuritatẽ dare:vt poſſit tutus ſtare extra eccleſiã.
xxx.diebus,intra quos.xxx.dies vocatus ad iudiciũ rñdebit.
Et ſi intra iſtos.xxx.dies ſentẽtiã ferret,dabit ſibi electionẽ:
an velit ſoluere iudicatũ,aut ad eccleſiam redire.& hic eſt ve
rus intellectus verſi.ſi verò etiã.& ibi deduces &c.quo caſu,ſi
redit ad eccleſiam iudex procedit ad miſſionẽ bonorum:vt
no.hic in gl.in ver.tẽperatè.¶ Aut fugit propter delictũ: &
tunc dicũt doc.aut cõmiſit atrox delictũ. aut non atrox.Pri-
mo caſu,nulla datur immunitas:imò de eccleſia extrahiť.vt
in.iij.caſu.s̃.Secundo caſu nõ poterit extrahi de eccleſia:vt.l.
ij.C.de his,q ad eccle.cõfu.& hoc ibi videť ſentire gl.ſed gl.j.
non dabis.ibi,idẽ dicas dixit ipſa,idẽ in quolibet delicto.ꝙ
in delictis nominatis in tex.videlicet,ꝙ nulla ſit dãda ſecuri-
tas:& ꝙ de eccleſia extrahi poſſit.dicũt doc,& pręalleg.gl.vi
detur dicere verius,cũ hic tex.nõ tantũ videať dicere de deli-
ctis atrocibus.¶ Prædicta vera de iure ciuili,ſed de iure cano
nico diſtinguiť.Aut fugiẽs ad eccleſiam deliquit in eccleſia,
& non iuuať:vt in.c.fi.extrà de immu.eccl.ſi extrà,tũc iuuať,
ſiue ſit atrox delictũ,ſiue nõ,vt non puniať in perſonã, vel in
membrũ,exceptis publicis latronibus,& nocturnis depopu
latoribus:vt extrà de immu.eccle.inter alia.& extrà de homi.
2 c.j.xvij.q.iiij.c.ſicut antiquitus.¶ †Quæro, quis interfecit
hominem,& fugit ad eccleſiã, & datur ſibi ſecuritas p iudicẽ,
b ſi obſtãte ſecuritate quã dedit,capit ipſum[b],& punit eũ capi
taliter ad mortẽ.an bene facit?gl.dicit,ꝙ ſic,in glo.j.nõ dabis.
ibi,& ſi dederis nõ ſeruetur.Idẽ tenet hic Iaco.de bel.q circa
hoc,an fiducia data debeat obſeruari:vt hic diſtinguit:vt ha-
bes hic per eũ.Hãc opi.tenet hic Iac.de Rauẽ.Pe.de Bel.di-
cit,ꝙ iudex malè facit:qa quãtuncũq; qs ſit reprobus,& per
uerſus,tñ ſecuritas ſibi data,debet ſeruari:vt.l.fi.ff.de legatio.
Non ob.dicit ipſe.§.qa vult dicere,ꝙ iudex cõtra homicidã
non debet dare ſecuritatẽ.xxx.dierũ:ſed debẽt homicidę ſta
tim de eccleſia extrahi,& puniri,ſed ſi ſecuritas datur, an ſit
ſeruanda,vel nõ, dicitur hic.ita Pet.loquiť,vt refert Cy.in.d.
3 l.pręſenti.j.q.¶ †An autẽ ſi aliqs eſt bannitus de hac ciuitate
in perſona,ſi iterũ accuſať de alio crimine, debeat ſibi dari li-
centia veniendi?videť hic in tex.ꝙ nõ.In cõtrariũ videť in.l.
is,qui reus.in vlti.gl.ff.de publi.iudi.ibi,ſed an ſit differẽtia.
&c.Non ob.hic tex.qa lo quitur de fiducia,q̃ datur.vt de de
licto cognoſcať.Hãc quęſtionẽ diſputauit Oldr.dicẽs, ꝙ aut
eſt tale crimen,in quo admittiť procura.& nõ põt dari fidu-
cia:vt.l.Papinianus exuli.ff.de minor.dicit tñ, ꝙ ſi fiducia eſt
4 data per iudicẽ,debet obſeruari:licet dari nõ debuit.¶ †Quę
ro,in caſu,in quo nõ datur immunitas fugiẽti ad eccleſiam,an
illę fugiens ad eccleſiam,per iudicẽ ſecularẽ poſſit extrahi?
Reſpon.aut deliquit in eccleſia:& eſt de iuriſdictione eccle-
ſiaſtica:& tunc puniť per iudicẽ eccleſiaſticum:vt.j.vt lic.ma.

5 & auiæ.§.quia verò ita.¶ †Quæro,in caſu,in quo fugiens ad
eccleſiam habeat immunitatẽ,ne extrahať de eccleſia, quali-
ter ſumamus eccleſiam?tex.eſt in.l.præſenti.§.ex his ergo lo-
cis.qui dicit,ꝙ nõ põt extrahi de eccleſia,nec de eius confini
bus.Dicũt doc.ꝙ cõfines erãt taxati per eccleſiã,quod nõ ha-
bemus.Alij ꝙ erãt.xxx.pedes prope muros eccleſiæ.Alij di-
cunt,ꝙ diciť in quodã decreto,ꝙ tantũ intra muros eccleſię, a
c datur immunitas.[c] hæc ſunt verba docto.Tu dic,vt habes ca-
ſum expreſſum.xvij.q.iiij.c.ſicut antiquitus.&.c. diffiniuit.
6 & vide quod not.in.c.ſi quis cõtumax. ¶ †Quæro,quãdo qs
habet immunitatẽ in eccleſia:vt extrahi nõ poſſit:quis inte-
rim pręſtabit ei alimenta?tex.in.l.pręſenti.§.fi.dicit,ꝙ eccle-
ſia,vt ibi:dũ dicit,alantur expẽſis.& ita determinat gl.& per
7 illum tex.in.d.c.diffiniuit.¶ †Quæro:an fugiens ad domum
Epiſcopi habeat eandẽ immunitatem,quã habet fugiens ad
eccleſiam.gl.eſt,ꝙ ſic.in.c.idem conſtituimus.xvij.q.iiij.

SVMMARIVM.

1 *Exiſtens in poſſeßione alicuius iuriſdictionis,in ea ſeruari debet & tributa exigere.*
2 *Libera præſumitur quælibet res.*
3 *Perſona,quod dicatur obligata pro tributis,ſicut res.*

Coges autem.

¶ Tributorũ exactor ſcripturã
ſuſceptorũ clarã facere debet: &
tributarius ſtatim ad ſolutionẽ cõpelli debet:& res illorũ,q
ceſſant ſoluere, detineať:& vendi debet periculo tributum
1 debentis.h.d.¶ †Et no.in ver.ſi verò.ar.ꝙ ille,qui eſt in poſ.
alicuius iuriſdictionis in ea ſeruari debet,& tributa omnino
exigere,& quòd poſt ſol.examinať defenſio rei.& ideò hoc
eſt propter pręſumptionẽ,quę eſt pro fiſco: qa omne prędiũ
pręſumiť tributariũ in prouincia,niſi probeť cõtrariũ : aliâs,
qui vtiť alia defenſione,non debet ad ſolutionẽ cogi:vt.l.pe.
2 ff.de aqua quoti.& æſti.†¶ Eſt enim præſumptio pro domi
3 no:qa quælibet res pręſumiť libera.arg.l.fi.ff.de ſerui.¶ †Se-
cundò no.text.in.§.nõ permittas.quia videť velle,ꝙ tributis
non ſolũ res,ſed perſona ſit obligata.quã quæſtionẽ format b
gl.ff.de publi.l.Imperatores.& videť ſentire cõtrariũ.¶ Sed
aduerte:quia dicit gl.nec minus:quando magis res teneť,quã
perſona ſed & all.quòd ſententia datur prædio.quam gl.no.
& alleg.bo.l.ſimilem habes in.l.iiij.§.ſi alter.ff.ſi reg.& quod
no.in.l.fi.ff.de no.ope.nun.pro princ.huius.§.vide glo.C.de
diſcu.l.ij.lib.x.¶ Item pro intellectu.§.ſi verò.no.gloſ.C.de
pred.& alijs re.na.l.fi.lib.x.

Illud tamen.

¶ Iudices & milites,ſiue proficiſcã-
tur de vna prouincia ad aliã, ſiue ci-
ui.ſiue prouin.circumeant,nõ debẽt gratis viuere, ſed de ſuo
ſalario:nec debent iudices cuiuſcunq; ſint dignitatis loci ſer-
uatorem mittere.hoc dicit vſq; ad.§.neq; occaſione. ¶ Pro
declaratione huius.§.vide quod no.in.c.ſtatutum.§.inſuper. c
verſi.moderatis.de reſcrip.lib.vj.& in.c.cũ ab omni.extrà de
vita & hone.cle.ſuper ver.expen.

Neque occaſione.

¶ Præſes prouincię nõ
debet occaſione religio
nis prouinciam cõmouere:& ſi contra laicos crimen canoni-
cum moueatur,iudex laicus cũ iudice eccleſiaſtico cognoſce-
re debet.& decidere.hoc dicit vſq; ad.§.oportet.

SVMMARIVM.

1 *Deſcendens per lineam fœmininam dicitur eſſe de genere.*

Oportet autem.

¶ Bona delinquẽtiũ publica
ri nõ debent,ſed generi relin
1 qui.hoc dicit.¶ †No.tex.generi cũ glo.ſua,etiam per lineam
fœmininam quis dicitur eſſe de genere meo.facit.s̃.de inceſt.
nupt.§.ſancimus.Quod facit ad id quod videbitis.j.qui.mo.
na.ef.ſui.§.filium.ver.ſi quis autem.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtas poteſt uendicare ſuum ciuem,uel comitatenſem.*
2 *Poßidere ſubiectos,quod quis dicať ratione iuriſdictionis quã habet in eos.*

Patrocinia.

¶ Ad pręſidis officium ſpectat non ſi
nere patrocinia iniuſta pręſtari:& nul
lus debet ſuſcipere,vel occultare alienos agricolas in ea, vel
in alia prouincia.& pręſes prouincię debet literis publicis de
ſtinatis eos ad ſuam prouinciam reuocare:pœna contra faciẽ
tibus imminente hoc dicit.vſq; ad.§.titulos.¶ In text.ibi.vi-
1 tas id eſt,ſubſtãtias ex quibus homines viuũt.¶ †No.ex hoc
tex.ꝙ Poteſtas poteſt vendicare ſuũ ciuẽ,vel comitatenſem.
2 de quo in.l.j.§.j.ff.de rei vendi.¶ †Secũdò no.tex.cum gloſ.
ibi dominij,ꝙ quis dicitur poſſidere ſubiectos ratione iuriſdi
ctionis,quam habet in eos.

SVMMARIVM.

Titulus,quot modis ponatur:remißiue.

di.& iudicio meo
meliùs.Malꝰ aſſeſ
ſor debet expelli:
intellige ſcilicet à
iudice. de quo in
text.Ale.Loſeus.
a ¶ Nõ.Adde.ꝙ cõ
trariũ tenet Gul.
de modo.lau.&
Pe.de anc.Cardi.
& Imo.in cle.j.de
pe.& re.& Archi.
& Iaco.de Fan.in
c.diffiniuit.xvij.
q.iiij.& glo.& do
minus Ant.& do.
Abb.in.c.ĩter alia.
in ver.extrahẽdus
de immu.eccle.qa
etiam peſſimis vi-
ris cõcedit eccle-
ſia hoc beneficiũ:
vt cognoſcant in-
gratitudine ſuam.
Et cũ Bart.tranſit.
Sali.in.d.l.j.alleg.
in text.& facit.c.
qa fruſtra.de vſu.
& Cy.ĩ.l.pręſenti.
in.j.q.C.de his,q
ad eccl.&c.& Io.
de Ana.ĩ.c.Iudęi.
el.j.de Iud.vbi vi-
de Feli.prædicta
omnia referẽtem.
b ¶ Capit ipſum.
Sed qd ſi relaxat,
liberum,tamen in
redeundo facit eũ
capi.vide Feli.in
c.ego.N.iiij.co.in
prin.de iureiurã.
Adde omnino ad
propoſitũ huius.
q.Iac.rebuf.in.l.j.
num.v.C.de his q
ſpõte mu.pu.ſub-
eunt.lib.x.
c ¶ Immunitas.Ad
de Feli.in.c.cum
pro cauſa,de ſen-
ten.excõ.in verſi.
no.ꝙ violans.vbi
dicit,ꝙ eccleſia di
citur p.xl.paſſus
circum circa.alle.
gl.in.d.c.ſicut an-
tiquitus.all.in tex.

Titulos autem. ¶ Nullus prędijs alicuius ti-
tulos imponere debet, pœna
contrafacientibus imminēte: nec debet qs arma deferre, nisi
1 sit miles, nec populū in turba solicitare. h.d. ¶ † No.gl.j.scri-
pturas. quot modis ponaẽ titulus? dic vt no. in. l. nõ est ambi-
guum. C. fami. ercis. j. de ec. ti. circa prin. & no. seq. gl. hoc nõ
ab eis. & adde quod no. gl. in. l, pe. ff. ex quib. cau. maio.

De triente & semisse. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Legitima, an auferri poßit per statutum?*
2 *Filius, an poßit cogere patrem, ut det sibi legitimam? remißiuè.*
3 *Legitima filiorum hodiè est triens, uel semis, secūdū numerum liberorum.*
4 *Filius hodie, quòd debeat habere legitimam iure institutionis.*
5 *Differentia inter suum, & emancipatum in modo rumpendi testamētū.*
6 *Pater si ex decem filijs quatuor exhæredauit, uel præterijt iniuste, isti exhæredati, uel præteriti habebunt semissem.*
7 *Filij instituti quam partem faciant præteritis: uel exhæredatis iniuste.*
8 *Legitima filiorum in minus portione sua institutorum, altero filio exhæredato, & extraneo uniuersaliter instituto, quanta sit?*
Exhæredatus, an admittatur ad partem, & faciat partem alijs?
Exhæredatus habetur pro mortuo.
9 *Filius, qui intrauit religionem fratrum minorum, an faciat partem alijs: ut eo computato legitima sit semis, uel triens? quòd triens.*
10 *Legitima, quod debeatur ascendentibus, etiam titulo institutionis in bonis descendentium.*
11 *Filius in potestate, an sit hæres ipso iure, & qualiter? remißiue.*

IAm quidem. ¶ Liberis à parē-
tibus triens, aut se
mis, secundū numerū liberorū quoquo reli-
cti titulo debetur, antiqua lege cessante: his
obtinētibus in omnibus, qbus quarta portio
per legē de inoffi. test. debeẽ: exceptis liberis
curialibus, qbus nouē vnciæ debenẽ. Itē liberi à parentibus
vsufruc. portionis debitæ defraudari non possunt. h.d. vsq;.
1 ad. §. excipiaẽ. ¶ † No. in. tex. q dicit, debitū vocant. & gl. ex
ponit. s. Iurisconsul. & Imperatores. Nā hunc tex. inducit Dy.
ad. q. an legitima posit auferri per statutū. Nam videẽ, ꝙ sic.
Nam legitima debeẽ filio iure ciuili, vt hic, &. l. lege. C. de le-
gi. hær. ergo pōt tolli per aliud ius ciuile, scilicet per statutū.
In cōtrariū facit. qa debeẽ iure naturæ. s̃. de hæredi. & falc. §.
primum itaq;. cū alijs iuribus, quę ibi alleg. Sed illud quod de
betur de iure naturali, nõ pōt tolli per statutū: cū ius natura-
le sit immutabile: vt insti. de iure na. gen. & ci. §. pen. Sed ad
omnes illos tex. posses respōdere: vt cū dicit, ꝙ debeẽ iure na
turæ. exponitur ex quodā instinctu naturæ: vt no. gl. hic su-
per ver. debi. no. & sup versi. quod debeẽ. & diciẽ etiā deberi
quadam ratione naturali: vt. l. cū ratio. ff. de bo. dā. de ista quę
stione dic, vt dixi in. §. primum itaq;. prealleg. ¶ Sed aduerte
hic ad glo. prædictā, super ver. quod debetur, ibi: viuo patre.
2 quod † facit, ꝙ filius nullo modo posit cogere patrē, vt det
sibi legitimā. de qua quęstione dixi. s̃. de hære, & falci. §. si qs
3 autē. vbi gl. tangit. ¶ † Secundò no. ꝙ hodiè legitima filiorū
est triens, & semis, secundū numerū liberorū. Fallit in casu. j,
4 in §. excipiaẽ. ¶ † Tertiò no. ꝙ secundū hoc ius sufficit, ꝙ fi-
lius habeat legitimā portionē quoquo relicti titulo. sed hodie
debet habere iure institutionis: vt. j. vt cū de appel. cogno. §.
aliud. Nā secundū nostrā opi. hic. in. §. in hoc hodiè corrigiẽ.
ita tenet gl. in. l. Papinia. §. si qs mortis. ff. de inof. test. & Azo
in summa huius tit. & glo. in. c. Raynutius. extra de testa. licet
glo. nõ firmet in auẽ. nouissima. C. de inof. testa. ¶ Et est du-
plex ratio: quia filius debet habere iure institutionis: vna est:
qa tit. insti. est honorabilior. Hāc rationē ponit gl. in. l. filiū.
§. si legata. ff. de leg. præstā. Secunda est propter ius accrescē-
di, quod habet filius institutus alijs hæredibus institutis non
adeuntibus. l. liber homo. §. cū qs. ff. de hære. insti. ꝙ nõ habe-
ret, si haberet alio titulo. ita tenet Iac. de Are. in. §. si legata. &
5 doc. in. d. auẽ. nouissima. ¶ † No. gl. substi. in fi. Istam gl. intel-
ligit no. glo, in. §. exhæredatos. s̃. de hæredi. & fal. in glo. q. d.
nullo modo. vbi gl. tenet, ꝙ inter emāci. & in potesta. cōstitu
tum pręteritos esse differētiā, hęc hodiè in modo rumpendi:
quia suus pręteritus pōt venire per contra tabulas, & dicere
nullum siue causa sit inserta, siue nõ. sed emācipatus dicit nul
6 lum, si cā nõ est inserta, aliâs venit ꝑ cōtra tabulas. ¶ † Querit
glo. qd si sint filij vltra decem: & quatuor tantū, vel paucio-
res ex his, pater exhęredauit, vel pręterijt? & intellige iniu-
stè, valet tamē testamētū. nunqd trientē, vel semissem eis, scili
cet exhęredatis, vel pręteritis dabit secūdū partē. vel portio-
nem, quā habituri essent ab intestato? dicit gl. ꝙ semissem: qa
propter numerum liberorū: scilicet quia. x. sunt, sua legitima
portio cuilibet de istis decē debita diminuta est: quia minor
est si. x. sunt in vniuerso: ꝗ si essent quatuor, & nõ plures. pro
7 hoc est arg. hic. §. ita dicit glo. vbi fuerit & eam no. ¶ † Quæ-
ro, an filij instituti, liberis iniustè exhæredatis, vel præteritis
facient partem: vt isti exhæredati, vel præteriti habeant por-
tionem eis contingētem de semisse, habito respectu ad filios,
qui sunt decem facta diuisione de semisse in decem partes: an
debent integrum semissem habere? gl. j. videẽ velle, ꝙ institu-
ti faciant eis partē, vt sic habeant semissem solū illius partis:
aliâs quā filij exhæredati, vel p̄teriti erāt habituri ab intesta-
to. Non aūt integrū semissem illius portionis, quā essent ha-
bituri ab intestato: vt hac glo. ibi. nunquid trientē, vel semis-
sem eis debet sue partis. &c. Idē videẽ sentire gl. in authē. no-
uissima. p̄al. in. j. &. ij. gl. tamē in. §. excipiaẽ. j. e. ver. curialibus
vbi videẽ velle, ꝙ filij p̄teriti debeant habere trientem, vel se-
missem integrū totius hæreditatis: nõ habito respectu, ꝙ alij
filij etiā sint instituti: vt patet in. d. gl. ibi. cū supradictū sit &c.
Sed glo. hic posita & glo. dictæ authē. nouissima. videnẽ ve-
riores, & ipsas tenet Iac. de bel. ¶ Patet ergo ex p̄dictis, ꝙ si
sint quatuor filij, & vnus instituiẽ vniuersaliter, alijs tribus pa
ter reliquit. c. iure insti. & hæreditas valet tria milia: certè isti
tres nõ habebunt integra mille, sed tantū tres partes de mille.
Facit enim ptes istis filijs ille filius, q est vniuersaliter institu-
tus: & retinebit sibi tertiā partē istorū mille. Est enim legiti-
ma filiorū triētis, vel semis eius, quod qs habiturus esset ab in
a testato.[a] vt. l. parētibus. C. de inof. test. &. ff. eo. ti. l. pap. §. si qs
mortis. & hoc. §. Et hāc opi. tenet Gul. de cu. in authē. nouissi
ma. & pro hac opi. est casus. C. qñ, & qbus quarta ps debeaẽ.
l. fi. in prin. li. x. ¶ Iudicio meo ibi expressè patet, ꝙ filio fuit
relictū minus, ꝗ quarta pars: & tñ diciẽ ibi, quòd fuit relictū,
ꝙ sufficit ad exclusionē à quęrela, & filiæ fœminę faciunt ptē
filio instituto particulariter in certa quātitate: nisi quia ibi ex
beneficio speciali illius leg. cōcediẽ filio curiali, vel nuptiali
curiali quod habeat integrā quātitatē totius quātitatis, nõ di
minutiuè propter sorores institutas: vt ibi dicitur, quod tene
8 mēti. ¶ † Quæro, pater habet quatuor filios, vnū exhæredat,
alijs tribus aliqd reliquit iure insti. extraneū vniuersalē hære-
dem instituit: modo illi volūt legitimā, & petūt pro legitima
integrū triētē: dicit hæres scriptus, vos nõ debetis habere por
tionē exhęredati: sed debet remanere apud me an bene dicat?
Dy. dicit, ꝙ nõ. imò tres illi debēt habere ītegrū trientē. alle. j.
de curiali. in curia depu. §. legitimorū. col. iiij. quæ cōiter non
habetur. ita ponit ipse in. l. planè. §. si duobus. de lega. j. Idem
Gul. de cu. probat p rationē. quia iste exhæredatus habeẽ pro
mortuo: vt. ff. de coniun. l. j. §. si pater. Sed si esset mortuus, isti
haberēt integrā legitimā: ergo & videẽ tanꝗ nõ sit viuus: vt. l.
qui repudiante. in prin. ff. de inof. testa. Idē tenet ipse, si vnus
ex filijs esset talis, ꝙ nõ posset succedere: puta de ordine mi-
norum. Nam alij filij habebunt legitimam, ac si ille non esset
viuus. ar. l. Gallus. §. & qd si tantū. ff. de lib. & posthu. pro hoc
etiā tex. optimus in. d. l. fi. C. quādo & q. quar. pars debe. ver.
9 nullo obstaculo, & ibi dicā. ¶ † Quæro, pone ꝙ habeo quinq;
filios, vnū ex istis exhæredo iustè: vel vnus intrauit ordinem
minorū, alijs aliqd iure insti. relinquo min⁹ legitima: & extra-
neū instituo: an isti habebūt pro legitima triētē, vel semissem:
habito respectu, ꝙ oēs sunt qnq;? dicūt, ꝙ trientē: qa ille iustè
exhęredatus: vel q religionē intrauit habetur pro mortuo. Et
ideò si isti filij volunt habere semissem, habito respectu ad cō
iunctū filiū. tanꝗ sibijpsi cōtrarij, essent repellēdi. ar. l. Titiæ
si nõ nupserit. ff. de cōdi. & demō. l. ij. §. sed si alius. ff. quando
ap. sit. Et in hāc opi. inclinat Gul. in. d. auth. nouissima. Et no.
gl. s. filijs. ibi, sed cōtra est: vt puto. Idē no. s̃. de hære. & fal. §.
primū itaq;. C. de inof. test. authē. nouissima. vbi gl. dicit idem
in collateralibus. & etiā doc. ibi tenēt. & p Azo. in summa. in
10 auth. de hære. & fal. in. ij. col. & ibi tex. ¶ † Item no. in. d. auẽ.
nouissima. quā ibi tenet Gul. qa. s̃. dixi, ꝙ filij debent habere
legitimā iure institutionis, an ascendentes eodē modo debeāt
habere legitimā? putarē ꝙ sic: sicut diximus in descendētibus
probatur. j. vt cū de ap. cog. §. & hæc qdē. ibi, hæc eadem &c.
& in, §. aliud. qui procedit hæc qdem: vbi est dictū, ꝙ descen-
dentes debent habere iure insti. ergo idē in ascendentibus. nõ
ob. tex. qui dicit, cum aliqua distin. quia distinctio & diuersi-
tas est inter causas, inter quas filius potest exhæredari: & cau
sas propter quas pater potest exhæredari, non autem in hoc,
11 ꝙ vnus debeat habere iure institutionis, alter non. ¶ † Vlti-
debet offerri libellus? & lis contestari? dic, vt not. extra de offi.
dele. c. prudentiam. §. sexta. circa quam glos. vide Specu. in tit.
de except. §. viso. ver. sed nunquid iudex. & de lit. conte. §. pe.
12 ver. j. ¶†Quæro, an procedat talis libellus? peto ecclesiam, vel
castrũ cũ suis pertinentijs. dic, ꝙ sic: vt probatur in. c. cũ vene-
rabilis. de except. de resti. spol. c. cum ad sedem. de proba. l. li-
cet causam. de fide instrumen. c. inter dilectos. Item si peterem
rem cum suis finib⁹: vt probatur in. c. Abbate sanè. extrà de re
13 iud. in princip. ¶†Quçro, ergo peto in libello meo quicquid
possidet talis in tali villa, vel castro: an procedat? Specul. tenet
ꝙ sic. in ti. de ac. & pe. §. sequitur. ver. quid si peto. pro quo fa-
cit extra de fi. instr. c. inter dilectos. in prin. contrarium tenent
Dy. & Ia. de Are. in. l. de pupillo. §. qui nuntiat. ff. de no. op. nũ
tiatio. Circa ꝙ vide Spe. de reli. do. §. j. Pone, dicitur hic in ver.
in me. & c. ꝙ. infra. xx. dies datos ad deliberãdum iudex potest
14 recusari. ¶†Quæro, cum ista exceptio recusationis iudicis sit
dilatoria: an poterit opponi vsq; ad litem contestatam? videt̃
a quòd sic. vt in. c. cum inter monasterium.[a] extrà de re iudic. De
hac quæstio. dic, vt not. per gloss. d. iij. q. iij. §. offeratur. in glos.
iudicio sisti. & vide ꝙ not. in. d. c. cum inter monasterium. in gl.
15 mag. ¶†Not. gl. j. cautione. ibi, speciale secundum primã opi.
tenet glos. In dicta leg. sciendum. in princip. & in. §. sed hodie.
institu. de satisda. & in authenti. offeratur. & in. l. nam & poste-
16 riores. ff. de leg. & consti. †¶ Ibi. §. adijci. vide, vt not. in leg. j.
ff. qui satisdare cogantur. in. l. nemo. ff. de re iudica. ff. de præto.
stip. l. prætoriæ. la. iiij. in fi. gloss. Sed ꝙ hic dicitur, videtur ve-
rius per. l. j. §. j. hic alleg. in gloss. & per. l. fina. §. si legatarius. ff.
quorum leg. quæ leges expressè loquuntur in prçtorijs stipul,
& cum ista gloss. concor. quod not. in dicta leg. j. ff. qui satisda-
rç cogantur. & in dicta leg. prçtoriæ, in gloss. fina. & hanc opi.
tenet hic Dyn. Pro quo facit. l. satisdationi. ff. de verborum si-
gnificationibus & hanc opi. tenet gl. in dicta. c. induciæ. §. offe-
17 ratur. iij. quçstio. iij. ¶†Quærit gloss. quandiu tenetur fideius-
sor, qui promittit aliquem sistere in iudicio: dic, vt in gloss. &
latius. in. §. sed hodiè. insti. de satis. & in. l. græcè. §. post. ff. de fi-
deiuss. & quod no. in leg. secunda in fin. ff. qui satisdare cogan.
18 ¶†Quæro, an teneatur fideiussor certam quantitatem promit
tere? gloss. in dicta leg. secunda. in fin. format hanc quçstionem
& non soluit: sed gloss. in dicto. §. sed hodiè. tenet quòd non.
& idem no. in. l. fin. ff. de præto. stipu. de quo dic, vt ibi per gl.
19 & docto. ¶†Quæro: dicitur hic præbitis sportulis: quibus au
b tem & à quo præstentur?[b] dic, vt in gloss. super verb. sportu
lis. & adde quod not. in dicto. c. induciæ. §. offeratur. & quod
plenè not. instit. de act. §. tripli. & quod not. infra de iudi. §. ne
autem. & in. c. cum ab omni. extrà de vita & honest. clerico. &
c in. c. statutum.[c] in. §. insuper. de rescrip. lib. vj. Venio ad gloss.
20 super ver. contest. & ista gloss. quærit tria. ¶†Primò, qualiter
fiat contesta. lit. & dic, vt in princ. gloss. Et ad id quod dicit se-
cus, & c. facit quod no. extrà de lit. contesta. c. vno. in glos. & in
l. j. C. de lite. contesta. & vide vnum ver. gloss. in. c. solicitudi-
nem. extrà de appellatio. in vltima columna. ¶ Secundò, quæ-
rit glo. cum responsio rei possit esse negatiua, vel affirmatiua,
& etiam dubia puta per appositi. except. an semper lis conte-
21 stetur? ¶†Et primò quæro, si responsio est affirmatiua, puta, ꝙ
reus confiteatur, an fiat litis contestatio? dic, vt in gloss. hic, &
d. l. j. C. de lit. contesta. & in. c. dudum. extrà de elect. versi. licet
& vide vnum ver. glo. extrà de excep. c. cum venerabilis. super
22 verb. confessus. ¶†Quæro, an si reus proponit except. dicat̃
lis contestari? gloss. hic dicit, ꝙ sic per suam rationem. Et idem
no. in. d. l. j. de hoc dic, vt habes in tex. & gl. extrà de lit. cõt. c. fi.
23 lib. vj. ¶†Quæro, in ver. si verò. hæc non seruentur: ante lit. cõ
test. habita pro nihilo fuerit, nihilominus præscriptio interru
pta. gl. quantum ad hoc dicit, quòd sic. Ad hoc inducit omnia
quæ no. in glo. super ver. damnificando. quç est in præcedenti

a ¶ In. c. cum inter monasteriũ. & ibi dẽ vide Fe. in fi. ij. co. ver. proponẽs. vbi p eũ. Ad hoc habes. xj. not. con clu. quas p te ibi vide. Et adde Tancred. in sum. in ti. de iurisdic. q. xij. & Lu. Pon. in fin. ver. exceptio. ver. iij. & Bal. in marg. vers. Et exceptio. vers. x.

b ¶ Quibus autem & à quo p̃stent̃, & quo iure. Dic vt p An. cors. sing. suis in ver sportulç. in cip. ius canonicũ.

c ¶ In. c. statutũ. Et ibidẽ vide ad hoc Car. in. j. opp. vbi plenè. & no.

ver. & sic videtur ista glo. velle, ꝙ illa glos. loquatur etiam vbi
lit. contest. non est legitimè facta. Apparet hoc etiam ex eo, ꝙ
glo. hic pro vna parte allega. hunc versi. si verò. ibi pro nihilo.
eam esse, & c. ¶ Sed contrarium videtur, quòd non sit facta in-
terruptio. tenet glo. in authen. offeratur. C. de lit. contesta. pro
quo optimè facit. l. si pater. C. ne de test. defunc. vbi gl. concor.
Sed hoc, ꝙ hic dicitur, videtur verius. Pro quo facit glo. in. l. si
cut. C. de præscrip. xxx. anno. ver. nec sufficiat. in prin. glo. ad
tex. versi. si verò. hæc non seruentur. Responde. vt not. glos. hic
super. verb. damnificando. & in versi. si verò. in gl. quantum ad
hoc. Non obst. d. l. si pater. quia ibi non inducitur interruptio:
quia actum fuit coram non competenti iudice: quo casu lit. cõ.
non inducit interruptionem: vt ibi. & no. per gl. in. c. illud. ex-
trà de prçscrip. super verb. interru. & ita intelligitur. d. l. si pater
cum qua concor. ꝙ no. in. c. vt debi. extrà de ap. ¶ No. gl. super
ver. petitus. in fin. dic, vt not. in. d. l. obseruandum. & in. c. j. ex-
trà de foro competẽti. & in. d. authenti. offeratur, & c.

SVMMARIVM.

1 *Filius Comitis, uel uasalli, q. dicat habere comitatum, uel feudum ab Imperatore non à patre.*
2 *Filius uasalli an teneatur propter patris delictum?*
3 *Scriptura in casu huius. §. q. requiratur.*
4 *Militia ẽpta ex pecunia mutuata, an ueniat in generali bonorũ hypotheca?*

Optimum. ¶ Primò recitatur ius antiquũ. Secundò
nouum. ¶ Mutuans pecuniam hoc acto
expressè, vt militia emat̃ quãtum ad militiam emptam præfer-
tur omnibus alijs creditoribus. aliàs si non expressè dicatur, vt
militia ematur, vxor & alij filij dotem repetentes ei præferun-
tur in hypotheca. Fallit in mutuante silentiario. hoc di. ¶ Ap-
1 pellatur ex casu: q a casu pro di. ¶†No. tex. ibi. cum vterq;, oĩs
& nullũ aliũ q̃stũ habent, q̃ ex imperiali munificentia, & c. ad
ꝙ. l. ex imperfecto. de leg. iij. & sic est arg. secundum Ia. de bel.
ꝙ filius Comitis, vel vasalli dicatur habere feudalem comita-
tum ab imperiali munificentia, non à patre: vt. x. colla. de feu.
cog. c. j. in fi. & an agnatus vel filius defuncti. c. j. facit. l. Diui fra
tres. de iure pat. & ff. de interdi. & releg. l. iij. §. de nuptijs. §. solu
2 to. & §. si verò vsusfru. ¶†Et prædicta possumus inducere ad
ad quæstiõem: an filius vasalli propter delictum patris tenea-
tur? de quo per Dy. in. c. non debet aliquis. de regulis iuris libr.
vj. per Cyn. in. l. ij. in vltima. q̃. C. de lib. & eorum lib. ad quod
3 etiam facit tex. optimus. x. colla. si vasal. feud. priue. c. j. ¶†Pro
declaratione tex. quæritur, & dicitur ad hoc, vt mutuãs habeat
istud priuilegium, oportet ꝙ expressè agatur, ꝙ militia ematur
an est necesse, ꝙ de hoc fiat scriptura, an sufficiat scriptura, an
sufficiat dici coram testibus? dic, ꝙ requiritur scriptura. Casus
est infra de çqua. do. §. quia verò. co. vij. ex quo. §. sumitur aut̃.
4 quo iure. in fi. C. qui po. in pig. ha. ¶†Secundò quæro, an in ca
su huius. §. militia est expressè obligata super generali obligatio
ne verborum, quam fecit debitor accipiens pecuniam mutuo,
hoc acto vt ĩ de militia ematur: vel etiam hoc nõ expressè acto:
vt inde militia ematur: an præferatur in hypotheca militiç po-
steà emptæ omnibus creditoribus prioribus in tempore? vide
Azo. in summa huius tit. §. de quanta. coniuncto eo, ꝙ ipse no.
C. qui po. ĩ pig. hab. §. item fallit. Et ad primam. q. videlicet, an
militia sit obligata, & c. vide ꝙ no. C. de pig. l. fi. in. j. gl. Et ĩ gl.
j. supponere. coniũcta aut̃. ꝙ obtinet ibi posita, hinc sũpta, sup
ver. creditoribus. ibi præsumitur. ¶ Nota hãc partem cum qua
concor. ꝙ not. in. d. authenti. ꝙ obtinet. & per Azo. in sum. qui
po. in pig. hab. in fi. §. item fallit. & in. d. §. de quãta. Et pro ista
glo. videtur casus in. d. l. fi. in primo casu. l. C. de pigno. vbi glo.
ibi posita illum tex. destrueret, quæ videtur velle, ꝙ ibi debi-
tor expressè accipit pecuniam mutuo: vt ĩ de militia emeretur.
Vltimò vide tractatum de militia. vide & de multiplici genere
militiarum, per Gul. in. l. omnimodo. C. de inoffi. testa.

SVMMARIVM.

1 *Legatũ factũ illi, cui aliquid debetur ex dispositione legati, q. uideatur factum animo compensandi.*
2 *Legatũ factũ uiro per uxorem, an compensetur cum lucro debendo uiro ex forma statuti de dote uxoris?*
3 *Legatũ factũ alicui, cui aliquid debetur ex hominis dispositione, non uidetur factum animo compensandi.*
4 *Quarta de qua hic, an debeatur ẽt liberis super existẽtib⁹ ex eodẽ matrimo.*
5 *Pauper quis dicatur? remissiuè.*

Quoniam vero. ¶ Matrimonio sine dote, &
donatione consistente: altero
ex cõiugibus diuite præmoriente. superstiti in opi. quarta sub-
stantiæ morientis debetur legato in quarta computando. Itẽ
superstiti ad res proprias datur actio, & retentio non obstan-
tibus creditoribus præmorientibus. hoc dicit. in ver. sibi lega-
1 tum, & c. ¶†No. hunc tex. ꝙ q̃n quis debet aliqd ex dispositiõe
legali

legali,si aliqd legat illi,cui debet videtur compẽsare cũ illo de-
2 bito:& in primo debito legatum imputatur.Casus est hic.† &
hic videtur casus.q.ꝙ si dicit statutũ,ꝙ si vxor decedat sine li-
beris,vir lucret̃ tertiã partẽ dotis:ꝙ si vxor sine filijs decedens
relinquat aliquid viro in testamẽto,illud legatũ imputatur in
eo,ꝙ vir lucrari debet ex forma statuti.arg.huius text.ad idẽ
auc.prétereà.l.fi.C.vnde vir & vxor.hic sumpta ad idẽ.l.si cũ
3 dotẽ.§.si pater.ff.solu.ma.secus † si aliquis deberet ex hominis
dispositione:quia legãdo tũc suo creditori nõ videtur cõpen-
sare:vt in.l.creditorẽ.de leg.ij.& in.l.j.§.sciendũ.C.de rei vxo.
4 act.de quo per Iac.de Are.in.d.§.sciendũ. ¶ † Secũdò not.ex
isto.§.ꝙ prẹmiũ,ꝙ datur coniugi inopi superstiti,datur etiam
quãtumcũq; liberi superexistãt ex illo matrimonio:sed istud
hodiè recipit correctionẽ,per.§.quia verò legitur.j.vt li.matri
5 & auię.dic vt ibi:aliter distinguitur,quã hic.¶ † Nota glo.su-
per ver.pauper.quę ponit quis dicatur pauper:tu quãtum ad
a hoc dic,vt no.in.d.auc.prẹtereà.[a]

Constitutio quæ ex asscri.& libe.na. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Ascriptitius,quod sit liber.*

IN quadam. ¶ Partus sequitur vẽtrem.& ecclesię inuicem possunt
permutare vtriq; ecclesię indẽnitate seruata,iure-
iur.& superioris decreto interueniente,excepta ma
iori ecclesia Constantinopolita.h.d. ¶ In tex.ibi: prohibitio-
1 ne.de qua loquitur.s̃.de non alie.§.vlt. ¶ † Quęro,an iste ascri-
ptitius sit liber,vel seruus?dic,ꝙ est liber,sed cuidam seruitio
ascriptus.vt no.in.l.ne diutius.C.de agri.& cen.lib.xj.& insti.
de iur.perso.in prin.tãgitur modicũ in.§.ascriptitio.s̃.de nup.

SVMMARIVM.

1 *Decretũ superioris,quod debeat interuenire in permutatione rerũ ecclesię.*

1 Quia igitur. ¶ No.text.sic tamen &c.† ¶ Ex quo habes,ꝙ in permutatione rei ecclesię
debet interuenire superioris decretum.Idem in rub.huius ti-
tu.debet etiam interuenire:vbi conceditur res ecclesię in em-
phy.vt.j.tit.j.§.fi.& in rub.illius ti.Quod no.propter id,quod
dixi.s̃.de reb.eccle.non alie.§.finimus.

Vt decre.cõmu.eccle.re.nõ for.fi.& c. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Permutatio quando fit cum Principe per ecclesiam,ut res perpetuò apud ipsum pærmaneat.*
2 *Quæ non possum per me,an possim per alium?*
3 *Magnas,qui ex forma statuti non potest cedere actiones contra populares, si cedit Mutinensi,& Mutinensis Bononiensi:an cessio tenet?*
4 *Vendens rem cũ pacto,ne alienetur,si fiat alienatio,quod primo uendens, non possit propria authoritate rem alienatam apprehendere.*
5 *Decretum superioris,quod requiratur in emphyteosi ab ecclesia facta.*

LEgem. ¶ Ecclesia cum principe permutare po-
test:vt res apud Principẽ perpetuò per-
maneat,ne veniat ad priuatos, his in futuris casibus
obtinentibus.Item ecclesię ad inuicem in perpetuam emphy-
teosim dare possunt,excepta maiori ecclesia Constantinopo-
1 litana.h.d. ¶ † No.ex hac.l.ꝙ quando fit permutatio per Prin-
cipem,ita fit,vt res permaneat apud eum:ita,ꝙ non veniat ad
2 priuatos. ¶ † Secundò no.ꝙ id,quòd non possum per me,non
possum per alium.de quo per Dyn.& Io.an.in.c. potest quis.
3 de reg.iur.lib.vj.Et primum no.† facit ad quęstio.secundum
Ia.de bel.statutum est in ciuitate Boñ.ꝙ magnates nõ possint
cedere actiones contra populares:modò quidam ex magna-
tibus cessit Mutinensi, qui non erat de populo Bononiensi.
Idem Mutinensis cessit cuidam Bononiensi, an prẹsumatur
fraus?dicit ipse,ꝙ iste tex.in prin.videlicet in ver.quicunq;.&
j.in ver.omnibus.est arg.ꝙ non.Ad idem.j.vt spon.lar.§. pe.
In contrarium facit text.in ver.decętero autem.Et modo.s̃.di
ctum est,sed dicit Ia.de bel.ꝙ si lex prohibet omnino,& ge-
neraliter,& per omnem viam:tunc prẹsumitur:vt.s̃.de nõ alie.
§.nos igitur.in fi.C.de na.li.l.j.s̃.de nup.§. de augmentis:aliâs
nõ prẹsumitur fraus,nisi probetur: vt.l.si seruus eius.ff.de ac-
qui.hęre.&.l.cum autem.§.fi.ff.de ędi.edic.&.ff.de his,qui. vt
indi.l.j.in prin.& de ritu nup.l.pe.cum si. ¶ Quęro, vbi per-
mutatur res cum Principe:& princeps cum priuato contra hu
ius.§. authoritatem . an ecclesia poterit propria authoritate
rem apdrehendere?& glos.ponit duas opi.& tene primam,ꝙ
sic. ¶ Sed veritas est in contrarium.& ita tenet Iac.de bel. de-
bet enim res in iudicio vendicari,vel alio modo peti:vt proba
tur ibi in perpetuum vendicari.&c.& habetur in.l.iubemus.§.
sanè.C.de sac.sanc.eccle.&.j.de alie.& emphy.§.& quoniam.
¶ Et no.extra de re.permu.c.ij.&.c.si quis.extrà de re.eccle.
non alie.Facit quòd habuistis in ti.Et glos.s̃.de non eligen.§.
4 vlti.& ista est veritas.non ob.opi.glo.† Sed ex hac sua opi.gl.
arguit per hunc text.ad.q.si vendo tibi rem,pacto ne alienes:
possum eam apprehendere.Sed in hoc non insisto: quia non
est verum.de hoc dic:vt not.in.l.ea lege.C.de condi.ob cau.&
l.si ita quis.§.ea.l.ff.de verb.oblig.& in.l.fi.C. de re.eccle. non
5 alie. ¶ † Vltimò circa istam constit.in fi.Not.text.ibi,decreto
quippe,&c.ꝙ in emphyteosi facta ab ecclesiá requiritur de- a
cretum. Idem habes hic,& in rubr.quòd not.ad id quòd dixi.
s̃.de eccle.reb.immo.non alie.§.finimus.

Vt ea quæ uoc.insinuat.& c. Rubrica.

PLurimas. ¶ Insinuatiua non possunt exigi à clericis ordinatis, exceptis his,qui
sunt ordinati in maiori ecclesia,quibus secundũ con-
suetudinem accipere licet:pœna contrafacientibus imminen-
te. ¶ Opponitur,& videtur,ꝙ indistinctè licitum sit accipere
ab ordinarijs in quibuscũq; ecclesijs:vt.s̃.de sanct. episcopis.
§.pro consuetudinibus.glos. ponit duas opi.tene secundam
& vide quod nota.in.c.ij.& in.c.cum in ecclesia.in glo.extrà de
simo.aliâs de ver.significa.& vide.j.q.ij.c.cum episcopum.

Vt cler.qui rece.alijs pro eis subroga.Rubri.

SVMMARIVM.

1 *Beneficio priuantur qui in eo non resident:& hoc quando sine causa.*
2 *Clerici uagabundi,an gaudeant priuilegio clericorum?*
3 *Ecclesiam ædificans,quod habeat ius patronatus,& ius præsentandi.*

PLurimi. ¶ Clerici, continuam residentiam in proprijs ecclesijs facere tenentur, nec b
debent recedere:aliâs alij in eorum locum subrogan-
tur cum eorum emolumentis : & recedentes & posteà remanẽ
tes suscipiendi non sunt, nec eis emolumenta debent restitui.
Item patrono eum suo superiori præsentare permittitur:vt ab
eo ordinetur : & examinari debet prius:vt sit ille,qui ordine
tur idoneus,& non alter.h.d.vsq; ad fin.huius.§. Facit extra
1 de appel.c.peruenit.† ¶ Et sic vides hic:ꝙ qui in beneficijs nõ
resident.debent beneficijs priuari.Quod intellige quando si- c
ne iusta causa.dic vt habes extrà de cle.non resi.c.inter qua-
tuor.in fi.& plenius, in.c.quoniam.§.si verò.extrà,vt lit.nõ cõ
2 test. ¶ † Itẽ est hic arg.circa prin.cõtra clericos vagabũdos:[b] vt
b clericorum priuilegio non gaudeant.arg.l.qui sub prętextu.
C.de sacrosan.eccle.Item est arg.imò quasi expressum secun-
dum glo.contra ecclesias Italię quę semper habent pauciores
canonicos,& alij canonici vsurpant ea,quę debent dare cano-
nicis deficientibus.& facit pro hoc extra de consti.c.cum.M.
3 Ferrariensis. ¶ † Vltimò no.in.§.illud quoq;.ꝙ ędificans eccle
c siam habet ius patronatus:& habet ius pręsentãdi.[c] Facit quod
habetur in.c.nobis.extra de iurepa.& de offi.leg.c.dilectus.&
de conse.dist.j.c.si quis basilicam.&c.xvj.q.vij.c.pię mentis.&
per Inno.extrà de rescrip.c.vigilanti.& de priuileg.c.cum &
plantare.

a ¶ In auc.pretereà Et ibidẽ vide Sa. in prin.col.j.& gl. l.si verò.§.j.ff. qui sa.cog.Imo.& do. Abb.in.c. Odoardus.de sol.gl.in.l. illicitas. §. ne tenuis.ff.de offi.prę si.& glo.in.l.sed si susceperit . §. j. ff. de iudi. gl.in.c. in primis. in ver. de paupere.ij.q. ¶ Adde gl.in ver. imparẽ. in.l. paupertas.& quod ibi dixi in addi.ad ipsum in versi. qui nõ habet .ff.de excu.tu.& dixi post Bald.in rep.l. habeat.nu.36.in apostil.in ver.quis dicatur pauper. C. de sac.sanc.eccles.

b ¶ Contra clericos vagabundos. Adde aliquid de hoc per An.corse.sin. suis in ver. vagabundus.quod inci.si clericus vaga bundus.

c ¶ Presentãdi. Adde Abb.sicu.in.c. audientiam . el.ij. de eccle.ędi.versi. sed dubitatur.viij. q.vbi sin.& adde glo.not.xij.q.ij.c. apostolicus. quã Abb.allegat.

De his, qui ingreditur.ad appellatio. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Fatalia duo in causa appellationis hodie ex causa constituuntur.& nu.6.*
2 *Appellationis in causa proceditur parte absente,& lite non contesta,quando altera pars est absens:aliâs non.& nume.10.& quando requiritur citatio.& nu.13.*
3 *Inopia dicitur iustum impedimentum dandi fatalia in appellationibus.*
4 *Inopia,an dicatur iustum impedimentum litis nõ prosequendæ in causa appellationis.*
Imtemperies aëris,an dicatur iustum impedimentum non prosequendæ causæ appellationis.
5 *Iustum impedimentum causæ appellationis non prosequẽdæ,uidetur,si appellans sine dedecore absq; sui culpa non posit in publico comparere.*
6 *Victor potest appellatore non comparente in ultimo mense instantiæ cõparere,& petere causæ expeditionem:& causa examinata appellan-*

tem in expensis condemnare. & uide nu. 11.
7 *Sententia lata in principali, biennio dato ad appellationem prosequendã elapso, remanet firma.*
8 *Victor, qui probauit in causa principali, quod probare debet in causa appellationis: & qualiter hoc procedit? & nu. 19.*
9 *Appellanti olim plura tempora statuebantur.*
10 *Litis contestatio, & libellus in causa appellationis, quod requiratur, quando utraq; pars est præsens.*
12 *Appellatus, an possit ultimo mense primi anni comparere, & petere causæ examinationem.*
14 *Appellanti, qui prosecutus est causam appellationis, & ipsam ad finem nõ perducit: & dicit se impeditum tẽporis breuitate: licet aliter non probet, an detur restitutio?*
15 *Appellanti, qui stetit per biennium, ꝙ non fuit causam prosecutus: & habuit iustum impedimentum: an competat restitutio ex clausula gñali?*
16 *Appellanti impedito prosequi causam appellationis restituitur tantum tẽpus, quantum impedimentum durauit.*
17 *Impedito per unam diem, an detur annus integer? remißiuè.*
18 *Lex noua quando trahatur ad præterita pendentia: tamen per appellationem: remissiuè.*
20 *Tempus anni, uel biennium, quod datur ad prosequendam appellationem, an possit per iudicem moderari? remissiuè.*
21 *Tempus primi anni ad prosequendam appellationem, quando incipiat currere? remissiuè.*
22 *Stipulatione iudicis quæritur parti.*

VOlubile. ¶ Appellãti ad appellationẽ exercendã statuitur
annus, & ex causa biennium. Item appellatore in biennio causam derelinquente conceditur victori, cum vnus mensis superest causam prosequi: vt sententia firmetur, aut infirmetur in vtroq; casu appellatorem in expensis condemnando: neutro autem prosequente, sententia remanet firma: his obtinentibus in causis futuris ac etiam pen-
1 dẽtibus nondum finitis. h. d. † ¶ Not. ex ista constitutione, ꝙ
appellanti hodiè statuuntur tantum duo fatalia scilicet annus,
2 & ex causa biennium. ¶ † Secũdò no. ꝙ in causa appellationis
3 proceditur etiam altera parte absente, & lit. nõ cõte. ¶ † Tertiò no. in ver. sed plurimi. ꝙ inter alia impedimenta hic enumerata dicitur esse iustum impedimentum inopia: vt pro hoc detur secundus annus. & hunc text. alle. Inno. in. c. ex ratione. ex
4 trà de appel. Facit in ar. l. j. §. vlt. ff. de col. bo. † Sic fortè posset
dici, ꝙ esset iustum impedimentum litis non prosequendę in
a causa appellationis.[a] Item intemperies aẽris[b] est iusta causa nõ
b morandi in certo loco: vt not. in. c. ad supplica. extra de renũ. & no. xxiij. dist. c. communis filius. Ad quod facit, quod tangit glo. de conse. dist. j. c. si quis etiam. quòd fortè procederet, nisi appellans fuerit in culpa impetrandi iudicem, in causa appel-
5 latiõis in loco prędicto. l. si is à quo. in fi. ff. vt in pos. leg. † Posset etiam fortè dici tunc iustum impedimentũ, si ex aliqua causa superueniente sine delicto appellantis ipse appellãs sine decore in publico comparere non posset. arg. j. eo. §. j. & quod
6 ibi not. ¶ † Quartò no. in ver. quia enim. ꝙ in causa appellationis victor appellatore absente potest vltimo mense comparere, & facere causam examinare. & siue vincat, siue non, appellator contumax condemnetur in expensis post ingressum ap-
7 pel. ¶ † Quintò no. ꝙ elapso biennio sententia remanet firma.
concor. l. iij. in fi. eo. titu. ¶ Sextò no. in. §. illud quoq;. ꝙ. l. no-
8 ua trahitur ad facta pręterita pendentia per appel. ¶ † Vltimò not. in fi. d. §. illud. ꝙ victor, qui probauit in causa principali, debet probare in causa appellationis. ¶ Op. ad primum not. & videtur, ꝙ appellanti statuuntur plura fatalia: vt. l. ij. & l. fi.
9 in prin. & . §. j. C. de temp. ap. † Sol. olim statuebantur plura tẽpora appellanti, quemadmodum statuebantur ad appellationem prosequendam. vt patet in. l. in offerendis. C. de appel. & l. cum anterioribus §. in his. C. de tempo. ap. Quemadmodum statuebantur ad initiandum processum super app. vt. d. l. ij. & l. fi. in prin. C. de temp. app. hodiè verò statuitur annus, & ex causa biennium ad appellationem prosequendam, & ad initiandum processum super app. & finiendum: vt hac aut. circa quod vide quod no. in aut. ei, qui. in. ij. q. C. eo. tit. de temp. ap. ¶ Secũdò opp. ad secundm no. & u videtur, ꝙ in causa appellationis lis debeat contestari, & libellus offerri: vt. ij. q. vj. c. si au
10 tẽ. §. & si qui in quacunq;. vbi no. ¶ † So. quãdoq; vtraq; pars est pręsens. & tunc debet lis cõtestari, & libellus offerri. & ita loquit. l. cõtraria. & glo. Qñq; altera pars est absens: & tũc põt ꝓcedi lite nõ cõte. & ita loquit hic, & in. l. fi. §. illud. C. de tẽp. ap. & in. c. per tuas. extra de ap. Istã sol. & istã opi. ponit gl. in c. Raynaldus. extrà de test. super ver. cõtestata. & tãgit gl. in. c. interposita. extrà de ap. ¶ Venio ad quartũ no. hic dicit, ꝙ appellatore cessante appellatus põt causam facere examinari vl-
11 timo mense bienñij. ¶ † Quęro, an in vltimo mẽse bienñij possit appellatus petere causam examinari? dic, vt no. Inn. in. c. Abbate. sup verb. terminũ extra de ap. & in. c. sępe. super ver. per
12 emptorię. e. ti. † ¶ Sed fortius quęro, an vltimo mense primi anni poterit appellatus cõparere, & petere causam examinari? & videtur hic casus, ꝙ nõ. in versi. quia em̃. Inno. in. c. ex ratione. in gl. mag. extra de ap. videt inclinare, ꝙ possit: licet tex. hic in ver. quia em̃. videat cõtradicere: sed ratione huius. §. dicit ipse se nõ videre. Imò plus dicit ipse, ꝙ videtur, ex quo appellans fecit citari appellatum: etiã si ista citatio emanauerit in princi. primi anni, statim appellatus poterit petere cõfirmationẽ suę sñię, & procedere in causa, etiã non expectato fine primi anni: vt in aut. qui semel. C. quomodo & quãdo iu. & est casus etiã in causa appellationis in. l. fi. §. illud. C. de temp. ap. licet multum faciat in contrarium hic tex. j. eo. qui dicit, ꝙ si appellans deseruit causam etiã in medijs certaminibus, tamẽ expectatur finis bienñij, videlicet vnus mensis ante finẽ bienñij. ¶ Ponit etiã Inno. aliam opi. secundũ quosdã. Et ad aut. qui semel. respondet, ꝙ loquitur in causa principali: sed hic tex. loquitur in causa app. Ad. l. fi. §. illud nõ respondet. Iaco. de bel. hic dicit, aut appellãs est absens in primo anno: & tunc statim cum appellatus facit citare appellantẽ poterit appellationem prosequi: vt. d. §. illud. l. fi. Aut est absens in secundo anno: & tunc non potest ap. prosequi: nisi circa finem bienñij: videlicet vltimo mẽse bienñij: vt hic. Ratio differẽtię dicit ipe, est: quia cũ appellans se absentat, & est cõtumax in primo anno, pręsumit negligẽs: vt hac cõstitutiõe. §. hoc nos. & . §. seq. Et ideò victori appellato subuenit: vt statim ꝓsequi possit: cũ appellãs est cõtumax. sed qñ appellans absentat se in secũdo anno: & sic fuit diligens in primo anno, aliàs nõ habuisset secundũ annũ, licet se absentet in secundo, pręsumitur adhuc esse diligẽs: cùm fuerit diligẽs in primo: & ideo spectat vsq; ad vltimũ mẽsem bienñij. ar. l. eum qui. & l. qui contra. C. de inof. testa. Et ista opi. videtur mihi vera. Sed quidam doctor in aut. ei q. me audiente dicebat, aut appellatus vult venire ad prosequendum appel. appellante non requisito, si fuerit in curia ad quam appellans est. & tunc non potest venire ad prosequendum, nisi circa fin.
c vt hoc ver. quia em̃. & in aut.[c] appellatore. C. de temp. ap. hinc sumpta. Aut vult venire ad prosequendum appellato citato personaliter, vel ad domum: vt veniat ad prosequendũ in causa: & tunc potest appellatus incontinenti prosequi. in. d. l. fi. §.
13 illud. ¶ Sed contra istud dictum videtur, ꝙ appellatus nunquã potest procedere in causa appellatore absente, nisi faciat citari appellatorem: vt in. c. per tuas. in fi. & ibi per Inn. extrà de app. & ibi no. etiam Inno. in. c. sępe. super ver. perẽptoriè. eo. tit. & vide etiam quod no. glo. B. Sed dices tu, intelligam illud dictum Inno. ꝙ appellans absens debet citari: vbi appellatus vult venire ad prosequendum ante finem bienñij, sicut. s. dixi. Sed ad hoc respondeo: quia etiam in fine bienñij si appellatus vult prosequi debet appellantem citare, vt patet in text. ver. quia enim. ibi & quęrere desertorẽ &c. Debet enim appellatus appellantem perquirere, ꝙ per inquisitionem potest fieri. ¶ Sed potes tu dicere, poterit perquirere, si erat in curia in qua litigatur, non autem faciet eum citari. Sed quod hoc sit verum in casu huius. §. vbi appellatus vult prosequi circa finem bienñij, ꝙ debeat appellatus facere citari appellantem, tenet glos. ij. q. vj. c. ei qui. §. appellatore cessante. Vnde prędicta distinctio non videtur mihi vera: quia mihi placet so. d. Iacobi
14 ¶ † Quęro, appellans prosecutus est causam, & ad finem ipsam non perduxit: & dicit se impeditum temporis breuitate: nec aliter probat: an ei dabitur restitutio? dicit. d. Ia. ꝙ nõ, quia impedimẽtum debet esse ineuitabile, & inexorabile: vt hac cõsti. §. hoc nos. & . §. sed plurimi. §. quoniã enim. & l. fin. §. illud. C. de temp. ap. & . j. vt spon. lar. §. hęc quoq;. Sed de hac. q. est casus expressus ꝙ istud impedimentum debet probari in. c. cõsti. extrà de ap. quod tenet Inn. in. c. cum sit Romana. extrà eo.
15 ti. & ibi per glo. † ¶ Sed quęro, quis stetit per biennium, ꝙ nõ fuit causam prosequutus, & habuit iustum impedimẽtum: an restituetur ex clausula generali? dic, vt not. in gl. in aut. ei, qui. C. de temp. ap. sed alia gl. §. quia enim. j. e. quę incipit, est ergo voluntatis. dicit ꝙ est tutus ipso iure. Sed dic, aut appellãs est impeditus in biennio proponendo impedimentum contingens in sua persona: & tunc competit sibi restitutio: vt in prima gl. Aut est impeditus per iudicem, vel principalem: & tũc est tutus ipso iure. & ita loquitur alia glo. Aut est impeditus per alium: & tunc datur actio de dolo. & in subsidium restitutio illo impediente non existente soluendo: vt dicit gl. in. c. ex ratione. extra de ap. & ibi per Inn. & ad hoc quãdo stat ꝑ iudicem,

a ¶ Appellationis. Adde Bal. in. l. ij. §. si qs in iudicio. ff. si quis cau. vbi refert Gulier. de cu. euasisse quẽdam paupere à furcis, q cũ appellasset, propter paupertatẽ nõ potuit prosequi appellationem. Et adde do. Alex. de Imol. in d. §. si qs. in. l. si ꝓcuratorẽ. §. si ignorantes. ff. man. & Pañ. in. d. c. ex ratione. in. ij. col. in prin. & Lud. in. l. si verò. §. de viro. sol. ma. in ver. fallit propter paupertatem. & adde Bald. in. l. acceptã. C. de vsu. & Feli. in. d. c. ex ratione. in prin.

b ¶ Aẽris. An & qñ aẽris intemperies excuset: vide Fel. in. c. accedẽs. el. ij. col. iiij. ver. vj. conclusio: vt lite non contest.

c ☞ In vetustis codi. ita incipit aut. in nouis vero est sub aut. ei, qui. §. appellatore, Ale. Loseus.

cem, vel principalē, quid iuris sit: facit quod dixi.s̄.de ap.§.j.
16 ¶ † Quęro, in casu, quo dixi tēpus currere, sed dari restitutionē: an si fuit impeditus qn̄cunq; tēpore bienniȷ, dabit̄ annus integer: glos. in aut̄. si appellatione. C. de tēp. ap. innuit ꝙ sic. Sed Iac. bu. dicit illud esse verū. si in totū fuit iustè impeditus. aliâs non restituit̄ sibi, nisi tantū tēpus, quātum durauit impedimē-
a tū.ᵃ arg. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex qui. cau. ma. l. sed & si per prętorē. §. quoties. & l. necnon. §. si quis sæpius. eo. titu. Istā etiā opi. tenet Ia. de bel. & Inn. in. d. c. ex ratiōe. in fi. vbi etiā ipse dicit, quid iuris sit si ipse appellat⁹ fuit impedi-
17 tus primo anno, vno die tamē iusto impedimento. ¶ † Quęro, pone per vnā diē quis fuit tātum negligēs: sed aliȷs tēporibus fuit diligēs: an alius ann⁹ debet ei dari ipso iure? dic, vt per doc.
18 in. d. aut̄. ei, qui. in. iȷ. qō. & hoc tangit Ia. de bel. ¶ † Venio ad quintū no. & op. & videt̄, ꝙ lex noua nō trahat̄ ad facta pręterita pendētia per ap. etiam si hoc expressè dicatur in. l. noua. ȷ.
19 vt cum de ap. cog. circa prin. so. vt ibi dicam. ¶ † Venio ad sextum no. & hic videt̄ casus in. §. illud. in fi. ꝙ victor debeat probare in cā ap. non autē appellans. & ad hoc alle. hunc tex. C. de ap. l. hi, qui ad ciuilia. In cōtrariū: quia lex dicit, ꝙ pro sn̄ia presumitur. vt no. in. l. non videntur. §. qui iussu. ff. de reg. iur. in. l. Herēnius. §. Caia. ff. de euic. in. l. iniuriarū. §. j. ff. de iniur. probatur etiā in. c. in præsentia. extrà de renū. circa quod dic. Qn̄q; quærit̄, an quis debeat probare appellationē rectè interpositā esse, & congruo loco, & tēpore, & apostolos petitos & similia probare: & tunc appellās debet hoc probare: vt probatur in. l. litigatoribus. C. de ap. & l. quoniam. & l. eos. in prin. & §. pe. ¶ Qn̄q; queritur quis debet probare de instātia causę: & tunc si altera pars prosequitur ap. altera parte existēte cōtumace. & tunc incūbit onus probādi ei, qui appellationem prosequitur. Qn̄q; vtraq; pars prosequit̄: & tūc aut loquimur de probatiōe, quę fit per modū abnegationis, puta: quia dico sententiā latā me non citato: vel non pręcedēte causę cognitione: & volo probare per productionē actorū, inter quę non apparet citatio, & testes ad probādū, & similia. ar. l. vlti. C. de re. cre. & isto respectu ei, qui appellat incumbit probatio: & iudex habet ista acta inspicere: vt. l. ne causas. C. de app. & l. is apud quem. de edē. Aut loquimur de probatiōe, quę fit directè per testes, & instrumēta: & tunc ille habet probare in cā ap. cui incūbit onus probandi in prima: vt. l. hi, qui. & l. eos. §. j. de temp. ap. l. per hanc. Interposita enim ap. remanēt oia in eo statu, in quo erāt ante latam sententiā: vt. l. appel. C. de ap. & vide quod no. in glo. in. c. in pręsentia extrà de renun. vide etiā circa hoc no. Inno. in. c. cū in iure. extra de offi. deleg. in. c. cum bone. extra de elec. & vide quod no. in. c. quoniā cōtra falsam. extrà de proba. & quod no. doc. in aut̄. ei, qui. & ī. l. per hanc. C. de tēp. ap. in. q. v. & quod
20 no. Spe. in tit. de sn̄ia. §. vt autē. ver. vbi aūt. ¶ Quęro, † an istud tēpus anni, vel bienniȷ, iudex possit arctare, vel moderari? glo. in
b aut̄. offeratur. de lit. cōtes. tenet ꝙ non. doc. in. d. auth. ei, qui ᵇ in fi. de qua. q. dic, vt habes in tex. & gl. in. c. cū sit Romana. extra de app. ¶ Vltimò: quia tractat̄ de expēsis, quę fiūt in causa appellationis. & ideo circa tales expensas vide quod no. Inno. in
21 c. sępe extrà de app. ¶ † Quęro, à quo tēpore incipiat currere primus annus ad appellationē exercendā? glo. format istā. q. in l. fi. §. illud. C. de tēp. ap. & doct. in. d. aut̄. ei qui. in. j. q. de hoc dicam. ȷ. de iudi. §. audient. ver. appellationes. Vnum tamen casum reperio, ꝙ tēpus app. interponēdę, & tēpus app. exercen
22 dę eodem modo currit. no. in. l. j. C. de temp. ap. ¶ † Vltimò circa prin. huius cōsti. no. glo. per vnam partem, ex qua habes, ꝙ ex stipulatione iudicis acquiritur parti. Idem habes in aut̄. generaliter. C. de epi. & cle. in aut̄. matri. & auię. C. quando mu. tu. off. fun. potest. & in aut̄. libel. C. de lit. contest. cum. si.

SVMMARIVM.

1 *Comparatio literarum, quando fieri possit in priuatis scripturis, etiam si priuata scriptura nō habeat subscriptionem testium?*
2 *Comparatio literarum, quando fiat in scripturis sumptis ex archiuo?*
3 *Scripturæ sumptæ ex archiuo publico, quod probent, & eis sit standum.*
4 *Comparatio ex quinq; generibus scripturarum fieri potest.*

Illud. ¶ Ex documentis publicis solis, & non priuatis, comparatio fieri debet. ¶ Fallit in documentis priuatis, quibus aduersarius pro se vtitur, ex documentis, quę ex archiuo publico proferuntur: & publicè habent testimonium
1 iureiurando de calumnia prestito. h. d. ¶ † Op. & videtur ꝙ ex priuatis documentis ante hanc. l. non potuerit fieri compara-
c tio: vt. l. comparationes.ᶜ ver. ideoq;. C. de fi. instru. Solu. quandoq; queritur, an possit quis petere fieri comparationē ex priuata scriptura, quam eius aduersarius producit pro se. Et dic, ꝙ sic. casus est hic. Ratio est: quia eius aduersarius, qui talē priuatam scripturam approbat, nō potest eam reprobare contra se, si ille contra quem producitur, vult ex tali priuata scriptura ad suam fieri comparationem: vt hoc tex. ver. neq; enim. & arg. l. si quis testibus. C. de testi. & l. Pomponius. ff. de neg. gest. ¶ Quandoq; queritur, an quis possit petere fieri comparationem ex priuata scriptura, quam aduersarius nō producit pro se: et tunc dic, ꝙ non: nisi habeat trium testium subscriptionē: vt in. l. contraria. & sic hęc aut̄. non corrigit. l. comparari. sed in diuersis casibus loquitur. & hęc est veritas, quę videtur placere modernis in. l. contraria. Et hoc videt̄ sentire glo. super ver. scilicet priuatę. licet non formet contrarium de. l. comparationes. quicquid no. glos. in aut̄. ad hæc. C. de fi. instru. dicens. l. cōparationes. corrigi. quod est falsum: vt dixi: nisi velis dicere, ꝙ in hoc corrigitur. d. l. comparationes. quia cum generaliter dicit de priuata scriptura comparationē fieri non posse, nisi triū testium habeat subscritionem: ista. l. illam restringit. quia est verum: nisi sit priuata scriptura, qua meus aduersarius vtitur cōtra me. Ex illa enim nō possum petere fieri comparationem ad illam, quam produco. & ideò dixit text. ibi. egere competenti correctione, in lege. ¶ Opp. & videtur, ꝙ ex priuata scriptura possit fieri comparatio: licet non habeat testium subscriptionē & in alio casu, ꝗ̄ in casu huius legis: vt. ȷ. de instru. cau. l. fi. §. j. & iȷ. & §. sed & si quis. col. vj. ¶ Sol. aut queris de priuata scriptura ex qua petis comparationem fieri. & tunc dic, vt. s̄. dixi. Aut petis de priuata scriptura, ad quam petitur fieri comparatio, licet non habeat testium subscriptionem: & dic, vt in iuribus
2 contrariȷs. & circa hoc vide glo. in. d. l. comparationes. ¶ † Tertiò opp. & videt̄ ꝙ hic. §. nil addat ad casum. d. l. comparatiōes in eo, ꝙ hic dicit posse fieri cōparationē ex scriptura inducta de archiuo publico. quia hoc erat iam introductum per dictam le. ver. etenim aliter. vbi tex. dicit ex forēsibus īstrumētis posse fieri cōparationem. Sol. ibi loqt̄ de forēsib⁹ īstrumētis. i. de act. corā iudice factis p publicū notariū. Sed hic tex. loqt̄ de scripturis productis de archiuo publico, non publicatis, nec scriptis per publicam personam: sed habuit testem publicū. idest. officialem, qui præest archiuo publico. & hoc voluit sentire glos. super ver. mens. & super ver. testimonium. Ad hoc facit quod no. gl. in. d. aut̄. ad hæc. C. de fi. instru. ex glos. ibi iūcta cum glo. hic posita super ver. testimoniū. ¶ † Not. ꝙ scri-
3 pturæ productæ de publico archiuo stari debet: licet non habeat solennitatem, dum tamen habeat testimonium illius officialis, qui præest archiuo publico, & tenementi. Habes ergo
4 † ex prædictis ex quīque generibus scripturarum fieri posse comparationē, videlicet ex publicis instrumentis. Item ex forensibus. Item ex priuatis scripturis trium testium subscriptionem habentibus. Item ex scripturis productis de archiuo publico. Item ex priuatis scripturis trium testium subscriptionem non habentibus, quibus tamen aduersarius meus vtitur contra me. hoc colligitur ex isto. §. & ex. d. l. comparationes. & ex his. quæ. s̄. dixi.

SVMMARIVM.

1 *Iurari de calumnia quoties debeatur in iudicio.*
2 *Clerici, quod iurant de calumnia.*
3 *Iuramentum quod remitti possit tacitè: non expressè.*
4 *Interrogatio, quod possit fieri in iudicio loco probationum.*
5 *Respondere positionibus quis cogi potest iudicis officio.*
6 *Positiones, & articuli iure nostro introductæ sunt.*
7 *Interrogatio quæ fit post litem contestatam, fit per uerbum credit uel non credit.*
8 *Iurari de calumnia, quod debeat etiam in causa appellationis.*
9 *Iuramentū de calumnia præstatur etiam post litem contestatam.*
10 *Iuramentum de malitia, quod deferatur post iuramentum calum.*

Quia igitur. ¶ Iusiurandum generaliter in iudicio semel pręstari debet: & ī eo debet addi, quod nullus in tota lite probationem exiget, ꝗ̄ nō pu-
1 tauerit necessariam hoc dicit. ¶ † Opponi. hic dicitur, ꝙ tantum semel est iurādum. Contra imò videtur. quòd pluries: vt leg. iusiuran. & ad penul. §. qui iusiurandum. & ff. de iureiur. leg. qui bona. §. si quis stipulatus. de damnis infectis. cum si. glo. hic super ver. nequaquam. Sol. tu dic, aut loquimur in his, quæ emergunt extra iudicium, vel ante lit. contesta. & tūc pōt sæpius iurare: vt in contrariȷs. Aut loquimur in his, quæ emergunt post lit. contesta. & tunc præstito isto generali iuramento amplius non iuratur: vt hic. Istam solu. approbat Dy. in. l. j. §. suff cit. ff. de admi. tu. quæ originaliter fuit Azo. in. d. §. pe. & Cyn. in authen. hoc sacramentum. C. de iura. calum.

a ¶ Impedimētum. adde Pau. de ca. in cōsi. xxj. & pleni⁹ ī cōsi. xxv. Old. ī cōsi. lx. & in cōsil. clvȷ. & Ro. ī. cōsi. ccvx. & Ang. ī cō. ccxiiȷ. & Ro. de ap. lvȷ. ī antiqs. & Lu. oīno in. l. si ita stipulat⁹ eēt. aliâs est in. l. & ideo hę. sitat̄. ff. de ver. ob. & limita, vtp. d. Fe de. ī. d. c. ex rōne. ī fi. j. col. ī ver. limita primò cōse. vsq; ad finem.

b ¶ Ei, q. Et ibidē vide Bal. & planè. no. per. d. Fel. ī. d. c. cū sit Romana. all. in tex. dantē nonnullas no. limitatiōes, quas ibi p te vide.

c ¶ L. cōparationes Et ibidē vide ad hoc Pe. de su. & Salic. Adde quod ibi posui ī apo. ad Gul de cug. ī prī. ī vers. & ex illa scriptura facere cōparationē, & dixi. adde ad istū in aut̄. sed nouo iure. nu. l. ī ver. comparatio. & ibi posui in addi ad Bal. nu. 4. ver. & p pleniori notitia. ver. priuata. C. si certum per.

& est vera solu. Præterea, quantũ ad dictum. §. penu. dicit Dy.
ꝙ ibi pręstatur iuramẽtum de pręsenti, & specialiter: vnde nõ
trahitur ad futura. vt. l. quoties. §. si iusiurandum. ff. de noxa. de
bet ergo iterum præstari: vt hic. Aut præstatur iuramentum
generale, & per verba de futuro: quo casu semel præstitum iu-
ramentum super futuris capitulis, non est amplius præstandũ
Circa ꝙ vide no. in. c. literas. de restitu. spo. & extrà de restit. c.
præsentium. & in. c. vltra tertiam. ¶ Oppo. & videtur, ꝙ etiam
hodiè pluries iuretur: vt. j. de testi. §. si verò dicatur. glos. ponit
hic tres solu. & approbat vltimam, sed declarat secundam: qa
est difficilis. Dic ꝙ hic iurat se non petiturum probationes su
perfluas ab aduersario: non tamen iurat hic se non probaturũ,
etiam falsè, ꝙ vult probare: quasi velit glos. dicere, ꝙ p hunc
tex. non comprehendit id, ꝙ venit in iuramento præstito per
leg. contrariam. licet per iuramentum præstitum per leg. ij. C.
de iuramento calum. illud comprehendatur. ¶ In eo, ꝙ dicit,
ꝙ debet iurare animo calum. litem non mouere: imò plus vide
tur dicere gloss. ꝙ nec per illam. l. ij. iurat se non calumniari:
nisi quo ad principium causæ: vt sic posit postea calumniari:
vt. leg. qui bona. §. si quis stipulatus. ff. de damno infecto. meri-
tò debet iterum iurare: vt. l. contraria. Sed certè illud iuramen
tum calumniæ introductum per hunc. §. extenditur ad omnia
quæ postea in lite contingunt: vt not. in. d. c. vltra tertiam.
extra de testi. & in. d. c. literas. de resti. spoliato. ¶ Quare dic, ꝙ
ibi est speciale propter subornationem & falsitatem euitandã:
vt in. d. §. not. ¶ Oppo. & videtur ꝙ iterum debet iurare: vt. l.
comparationes. C. de fide instrumen. dic vt ibi not. per docto.
sup quadã gl. & vide gl. i. §. si verò moriãtur. infra de instrum.
2 cau. & fid. col. vj. ¶ † Quærit glos. an clerici debeant iura. de ca
lumnia: dicit ꝙ nõ. alleg. quandam const. Fede. de qua dic. vt
in gloss. quam consti. puto esse in Longobardia: quia in. x. col.
non reperitur. sed veritas est quod clerici iurant de calumnia.
vt patet in. c. pen. & fi. de iuramen. calum. lib. vj. His expeditis
3 venio ad not. quæstiones, quæ hic colliguntur. ¶ † Primò hic
a videtur tex. ꝙ iuramentum calumniæ non posit remitti[a] quã
quæstionem mouet glo. in. l. ij. §. sed quia veremur. C. de iuram.
calum. vbi tenet, ꝙ expresè remitti non potest: tacitè autem
remitti posit. Idem no. in. d. l. iusiurãdum. §. qui iusiurandum
Iac. de bel. tenet per hunc tex. ꝙ non posit remitti. But. dicit,
quòd aut loquimur, an posit tacitè vł expressè remitti: & dicit
quòd non. Aut loquimur, an posit tacitè omitti: & dicit quod
sic. Ita dicit ipse in. d. §. sed quia. & quod posit tacitè omitti,
tenet glo. in. l. non solum. in prin. ff. de procu. in glo. quæ fiunt:
& in. l. de pupillo. §. qui opus. ff. de ope. no. nun. & est casus ex
4 pressus in. c. ij. de iura. cal. lib. vj. & vide quod ibi not. ¶ † Secũ
dò no. tex. sic, vbi &c. tenet gloss. ꝙ interrogatio fuit facta in lo
5 cum. Probał in. l. ij. §. quod obseruari. C. de iura. calũ. ¶ † Ter-
tiò per hunc. §. tenet glo. ꝙ ad responsiones faciendas positio-
nibus cogatur quis iudicis officio. ita not. C. de confesio. l. vna
6 in glos. mag. in fin. & ff. eod. l. certum. §. item. ¶ † Quartò per
hunc. §. tenent doct. ꝙ iure nostro sint introductę positiones &
articuli: vt no. in. l. j. in. ij. q. C. de iura. calum. & vide extrà de cõ
7 fes. c. j. in gloss. mag. lib. vj. ¶ † Quintò per hunc tex. in eo, ꝙ di
cit ꝙ quis debet iurare, ꝙ non exiget probationem quam non
putauerit sibi necessariam. Dicunt quidã ꝙ interrogatio quę
fit post lit. contestatam debet fieri per verbum credit, & non
credit. quod dic vt not. glo. in. l. j. ij. respon. ff. de interro. actio.
8 ¶ † Sextò per hunc tex. dicunt quidam, ꝙ in causa appellatio-
nis non est iterum iurandum de calumnia semel in causa prin-
cipali iusto iuramento pręstito. & hæc fuit opin. Plac. in. l. ij. cir
ca prin. C. de iura. cal. & ff. de dam. infec. l. qui bona. §. si quis
stipulatus. sed de hoc est casus in. c. ij. de iura. cal. lib. vj. dicam.
9 j. vt litig. iur. & c. in princ. cola. viij. & alleg. hunc text. ¶ † Quę
ro. vos scitis ꝙ iuramentum calumniæ debet pręstari statim
post lit. contesta. vt. l. ij. circa prin. & l. pen. C. de iura. calum. &
dixi. s. ꝙ potest omitti: pone ꝙ lit. cõtest. processum est in cau-
sa: & non fuit de calumnia iuratum: postmodum in processu
causæ ex interuallo pars vult, vt iuretur de calumnia an posit?
docto. formãt hanc. q. d. l. ij. in. q. vij. vbi videtur tenere, ꝙ pars
non posit petere, sed iudicis officio potest hoc facere: licet nõ
ad petitionem. de qua no. Dy. in. d. l. qui bona. §. si quis stipu-
latus. Sed de hac. q. est casus expressus in. c. j. in princ. de iura.
10 cal. lib. vj. quod tene menti. ¶ † An autem iuramento pręstito
de calumnia iudex posit deferre iuramentum de malicia? ca-
sus est in. c. j. circa fi. eo. titu.

a ¶ Remitti. ad ꝙ vide Spe. in ti. de iur. cal. §. ij. ver. & no. & §. si. ver. quid si partes. et ĩ tit. de li. con. §. vtrũ. & Bal. post. gl. in. d. §. ius. alleg. in tex. adde oĩno istũ in. d. l. ij. §. sed quia verò nume. j. & quod ibi plenè remisiuè posui ĩ apost. ad ipsũ in ver. posit tacitè omitti. C. de iu reiur.

b ¶ §. oportet. Et ibi vide quę in apo. dixi.

c ¶ §. j. & ibi vide Ang. & adde eum in. l. j. C. de pœ. iu. qui ma. iu. & ĩ. l. si qs post hac. C. de bo. pscri. & Bar. in. l. si qs maior. C. de transac. & in. l. Meuius. §. duob⁹. vlti. col. de leg. ij.

d ¶ Verbum oĩno. Adde Feli. in. c. ex pte. de off. dele. in princ. ĩ ver. capio gl. & in. c. gratũ. in fi. eo. ti. & in. c. Rodulph⁹. de rescri. col. vij. ver. vlt. & quod ibi dixi in apos. & p Fel. in. c. fraternita. de test. in. iij. col. & ĩ. c. cũ venisset. e. ti. & d. Sozi. in cõsi. cxxj. inci. visa cõtingentia facit. circ. prin. ij. col. in. j. par. cha. cxcij.

Vt in priua. do. sacra. myst. non fiant. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Oratoria, quod posint haberi in priuatis domibus.*
2 *Sacra mysteria quod non debeant in domibus priuatis ministrari.*
3 *Lex, uel constitutio post quantum tempus liget? remißiuè.*
4 *Campana, an licitè habeatur in oratorijs priuatis?*

ET priscis. ¶ Sacra mysteria prohibentur ce-
lebrari in domibus sine licentia su
perioris: oratoria verò causa orationis permittitur ha
bere. & in eis clericos conuocari, pœna contrafacientibus im-
minente: his obtinentibus in casibus futuris, & pendentibus
1 intra tres menses correctione non interueniente. h. d. ¶ † No.
2 ꝙ oratoria licet in domibus priuatis habere. ¶ † Secundò no.
ꝙ in domibus priuatis sacra mysteria non licet ministrare, ad
ꝙ facit de cõse. di. j. & c. j. & c. sicut nõ alie. & c. vnicuiq; & c. si
3 quis etiã. & xviij. q. ij. c. quidam. ¶ † Tertiò not. in ver. si autẽ.
ꝙ hæc constitutio ligat quem post tres menses. de quo videli-
cet, post quantum tempus liget constitutio, seu lex, vel statu-
4 tum, dicam. j. vt factę nouę constit. in princi. ¶ † Quęro: an in
his oratorijs, liceat habere campanam: dic vt habes de priui. c.
patentibus. & no. xviij. q. ij. c. quidam.

Vt defun. seu fune. eorum, &c. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Seruus, an poßit esse miles?*
2 *Dictio alius, implicat, nisi id quod præcedit: se non compatiatur cum eo, cui datur pro relatiuo.*
3 *Iniurians funera defunctorum, qua pœna puniatur? remißiuè.*
4 *Ecclesiastica sepultura, ꝙ interdicitur usurarijs manifestis.*
5 *Pœna de qua hic, quod inferatur ipso iure.*
6 *Statutum imponens pœnam per uerba futuri temporis cũ additione omnibus modis, uel similibus, intelligitur ipso iure: nec sentẽtia requiratur. Item, si apponitur dictio mox, & dictio omnino.*
7 *Iniuria facta socio meo in itinere, an uideatur facta mihi, & licitè propulsem.*
8 *Iniuriam factam proximo, uel uicino meo, an licitè repellam, & cum defendam? remißiuè*

QVi varietatem. ¶ Mortuis, &
moribũdis, &
funeribus eorũ ac familię, domui & rebus co-
rum creditores iniuriam inferre prohibenti-
tur absq; iudiciali decreto, pœna contrafa-
cientibus imminente. h. d. In tex. ibi, nullo in
1 cingulo constituto, id est, nullo iudice ibi existẽte. ¶ † Oppo.
dicitur hic, & alios seruos. & c. & sic innuit, ꝙ seruus posit esse
miles: quia dictio alius, habet implicare. vt. l. quidam relegatus.
ff. de regu. iur. Huius timore gloss. super ver. alius, dicit, poni-
2 tur impropriè. Veritas. † est, ꝙ secundũ propriam significatio
nem, & regulariter, dictio ali⁹ habet implicare. Fallit illud, quã
do quod pręcedit non se compatitur cum eo, cui illud est datũ
pro relatiuo, nam tũc ponitur impropriè, nõ autem implicat:
vt hic. & l. non solum. §. quęritur. ff. de procura. s. de man. prin
b ci. §. oportet.[b] & l. in causæ. la. ij. ff. de mino. ¶ † Secundò extra
3 glo. op. ꝙ faciens iniuriam funeri non puniatur tantã pœna: &
ꝙ actio procedat: vt. j. vt cum de ap. co. §. meminimus. col. viij.
sol. vt ibi not. & C. de sepul. vio. auł. sed neq; ante. quæ inde su
mitur. ¶ Tertiò op. extra glos. hic dicitur, ꝙ non debet sepul
tura interdici. nec molestia funeri fieri, contra extra de vsu. c.
4 quia in omnibus. eod. tit. c. quãq;. lib. vj. ¶ † Sol. illud, quod hic
dicitur, regulariter: fallit in manifestis vsurarijs: vt dicił in illis
5 iuribus, quibus ecclesiastica sepultura interdicitur. ¶ † Quæ-
rit glos. in casu huius leg. an faciẽs iniuriam, perdat actionem
ipso iure? gloss. super verbo. modis dicit ꝙ sic. Exponit enim
6 omnibus modis: id est ipso iure. † Ex quo no. ꝙ licet lex, vel
statutum in priuatione alicuius iuris, vtatur verb. quod habet
tractum de futuro: si tamen apponatur modis omnibus: vt,
modis omnibus ab actiõe cadat, vel priuetur. intelligitur ipso
iure, non per sententiam: vt hic. & tene menti. Idem vbi ap-
c poneret lex verbum mox. & no. s. de incest. nup. §. j.[c] & ibi di
d xi. Idem si apponeretur verbum omnino:[d] vt no. in. l. j. §. si pe-
7 cuniã. ff. de po. ¶ V ltimò hic text. in. §. si verò etiam. ibi opor
tet enim &c. inducitur per Iaco. de bel. quòd iniuria facta meo
